TOWARZYSTWO PRZYJACIÓŁ NAUK W POZNANIU
WYDZIAŁ TEOLOGICZNY.

WYDAWNICTW SERYA I POSZYT I

MATERYAŁY

ANTONII ONUPHRII
DE OKĘCIE
OKĘCKI
EPISCOPI POSNANIENSIS ET VARSAVIENSIS
SUPREMI REGNI CANCELLARII

ECCLESIAE CATHEDRALIS POSNANIENSIS VISITATIO

DIE 15. JUNI ANNO 1781 COEPTA,
IAM VERO DIE 18. SEPTEMBRIS 1784 FINITA.

POZNAŃ.
NAKŁADEM WYDZIAŁU TEOLOGICZNEGO.
CZCIONKAMI DRUKARNI „PRACY“ W POZNANIU.
1917.

ANTONII ONUPHRII

DE OKĘCIE

OKĘCKI

EPISCOPI POSNANIENSIS ET VARSAVIENSIS
SUPREMI REGNI CANCELLARII

ECCLESIAE
CATHEDRALIS POSNANIENSIS
VISITATIO

DIE 15. JUNII ANNO 1781 COEPTA,
IAM VERO DIE 18. SEPTEMBRIS 1784 FINITA.

Antonius Onuphrius de Okęcie Okęcki, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Posnaniensis et Varsaviensis, Supremus Regni Cancellarius, Ordinum Aquilae Albae et S. Stanislai Eques.

Sacrarum lustratio Aedium, nota pridem ac veluti utilissima reparandaeque disciplinae Ecclesiasticae aptissima ratio, commendata semper in Republica Christiana fuerat.

Nos favente Clementissimo Numine ad Posnaniensem Praesulatum evecti cogitationes primas ac studia nostra eo convertimus, ut inchoatis superstite Antecessore nostro, sanctae memoriae Andrea Antistite, eiusmodi Ecclesiarum lustrationibus finis quam primum imponatur. Et certe parum iam abest, quin ultima operi huic manus accedat.

Verum enimvero cum inter institutas ab ilio visitationes destinata sit lustratio primarii etiam Sedis Nostrae Templi, quod ab anno millesimo septingentesimo trigesimo septimo, temporibus videlicet Stanislai Hosii, antecessoris Nostri, minime lustratum fuerat, visitationem eiusmodi conficiendam omnino decrevimus atque vel ideo labori huic primarium Nostrum in Majoris Poloniae Provinciam adventum consecravimus. Quam ob rem facto ad Sedem Nostram undecima mensis huius ingressu primo, quarto dein, qui decimus supra quintum mensis eiusdem fuerat dies, praemissa per literas publicas die 23. Aprilis Varsaviae datas denuntatione inque Principe Tempio permulgata dictae Visitationis initia sumpsimus.

Quod muneris Nostri partes, solicitudinem laboremque omnem cumprimis occupabat, fecit praecipue, ut accurate describeremus universa, quae Ecclesiam, Capitulum eiusdem ac personas omnes illi aggregatas attinent, non solum ut status, quem modo obtinet, posteris vestigia relinquamus, sed vel ideo

maxime, ut attento diligentius hocce statu, facilius definire valeamus, quae attentione Nostra consilioque pastorali digna praecipue ac necessaria sunt.

Exordium ducimus a Fabrica Templi variisque fortunae vicissitudinibus, quas subiit, una ac conditione eiusdem, in qua hodie versatur.

Templum hoc primarium Episcoporum ex antiquis vicissitudinibus tradita constanter assertione, scripturis ac testimoniis Historicorum colligitur esse fundatum a Micislao Poloniae Principe seu eo tempore, quo is idem Princeps Urbem Posnaniae Episcopi Sede ornavit, anno scilicet 966. Ita Długossus Tom 1. lib. 2 et alii.

Literae fundationis primae, erectionis et dotis assignatae neque habentur aliquae neque habitae aliquo illius saeculi momento, utpote a nemine viso probari possunt. Censetur nihilominus dos illa primaria aut in decimis consistere aut in bonis illis, quae solo nutu et arbitrio Principum tanquam Eorum propria Sedi Pontificiae Posnaniensi annexa, donata et applicata fuere, horum tamen adiunctio, donatio et applicatio temporum illorum remotorum tabulis, scripto aut testimonio evinci satis nequit, sed firme dumtaxat non interrupto et constanti possessionis iure stabilitur.

Compositio et figura Templi huius priusquam describatur, aequum est de illius casibus et statu pauca attingere et antiquarum persequendo rationem Visitationum, multiplices easque tragicas, quibus carissima haec Praesulum Posnaniensium Sponsa subiecta fuit, tempestates breviter percensere. Illa scilicet omissis inopinatis gravibusque casibus, quorum memoriam priorum momenta saeculorum nullam posteris reliquerunt, sedente tandem in Pontificatu s. m. Andrea de Bnin Opalinski, anno nempe millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, igne consumpta visa fuerat. Lignifabri etenim summam turris restaurantes partem, igne ibidem incaute illato tantum suscitarunt incendium, ut omne aes campanum cum singulis turribus, horologio integroque Templi vestibulo exustum ac superior Majoris Templi fornix diruta prorsus extitissent. Viginti et ultra effluxere anni, postquam ob defectum subsidii stabat omni destituta ope, ipsam tristis refricans intuentibus incendii memoriam. At ecce Deus Optimus Maximus decoris domus Suae flagrantissimum Antistitem et dioecesi propensissimum providit tandem Pastorem, s. m. Andream Szołdrski, qui desolatae Aedis Sacrae statum lacrimabili

conspiciens oculo, cum praesertim fundamenta ipsa, partim vetustate partim eluvione aquarum fracta,- irreparabilem ruinam minarentur, ad instaurationem illorum omnes suos sumptus, curas et animum contulit, ut quamprimum pristino redderentur statui. Atque faventis Dei ope factum est, ut intra undecim Pontificatus sui annorum spatium omnia piae intentioni respondissent, fundamentis quippe refectis, concluso fornice, quinque turribus restauratis, organis praeterea, ara principe et pavimento comparatis. Sponsam suam · ornaverat auro argentoque ac apparatu, pretiosa demum supellectili absque simili vel exigua cuiusquam impensa locupletavit.

Tandem p. m. Adalbertus Tholibowski, eiusdem in Pontificatum anno 1657 successor, tectum altioris Templi proprio aere laminis cupreis operiri fecit. 1725 (cum) validissimorum impetu ventorum superficies turrium altiorum contectae cupro sublatae corruissent ipsumque Templi tectum magna ex parte enervatum fuisset ac penitus concussum, ea rursus omnia una cum restaurata Templi facie liberalibus p. m. Joannis Tarło Episcopi impendiis atque exiguo Maioris Poloniae dioecesi subsidio corrogato ad pristinum statum redacta sunt. Anno quoque 737 supra millesimum, cum vehemens ventorum impulsus insignem aerei tecti partem de loco praecipitasset, illud Capitulum profusa p. m. Hosii Episcopi munificentia sustentatum quantocius restaurari curavit. Insuper olim Petrus Prażmowski, Ecclesiae huius canonicus, tectum sacelli B. V. Mariae Częstochovien. ligneis tegulis opertum cupro contegi fecit, novissimis tandem temporibus, gerente nimirum Pontificatum Theodoro Duce Czartoryski, cum adiumento eiusdem singulari ulteriori fabricae et contegendis similiter inferioribus tectis Capitulum omni studio et solicitudine incubuit felicemque adeo eventus probavit operam, ut integrum vestibulum Templi ac sacellorum aequaliter aere opertum tandem appareret. Atque cum de reformatione sacellorum, moderante tum Pastoris gubernacula Andrea Stanislao Kostka Młodziejowski, ultimo suo Antistite, Supremo maioris sigilli Regni Cancellario, cogitasset, solicitudinem istam et curas subito ac inopinate unius noctis lacrimabilis evertit casus. Anno etenim 1772, die mensis Septembris 30. hora circiter post medium noctis tertia, in fastigio tectorum ad turrim ex parte orientis sitam ignis improviso apparuit et, quasi internas primum lignorum tecti colligationes comburens perque loca necdum aere operta supra tectum foras erumpens, dimidia horae parte totam

superficiem superioris contabulationis Templi una cum tribus contiguis turribus supra presbyterium erectis incendit ac circumplexus est. Hinc cum repentine flammae adeo excrevissent, ut nemini ad extinguendum easdem et ulteriori cladi succurendum absque manifesto vitae periculo pateret aditus, vi impetus sui ventique ab oriente occidentem versus propellentis flammas ignis ad faciem Templi actus, statuas Salvatoris et SS. Apostolorum ligneas nec non turres altiores occupavit hisque succensis, patefacto sibi aditu, superficies inferiorum tectorum attingens easdem prorsus in ruinam convertit, verbo tota Aedes sacra (sacellis ipsis intro illaesis), septem saeculorum opus, quinque turres, sex campanas, horologium locale, organa, altare magnum, sedes cleri et omne praecipuum ornamentum quinque horarum spatio amisit. Tam funesta subsecuta clade eidem continuo subveniendi impensasque novae fabricae congruas providendi fons nullus haberi poterat, cum praesertim hisce et prioribus temporibus varia in Regno tempestate coorta et denique incursione in Maiorem Poloniam Borussi exercitus multaque ab eodem illata vi, extortis tributis, erogatis in exactorem militem pecuniis et consumpta annona aerarium penitus exhaustum fuisset. Evacuatis tandem externarum nationum copiis p. m. ultimo superstes Episcopus Andreas tam acerbae cladis vicem vehementer dolens, studio et amore Sponsae Suae plenus divinique cultus promovendi cupidissimus, diligenter prospicere coepit, ut quantocius Templum hoc ex ruinis suis assurgere posset. Mutuis itaque cum Capitulo sumptibus in rem fabricae impensis restaurationem Templi sine mora instituendam commisit et, ut felix intentioni piae exitus responderet, grosso Capituli duos ex thesauro suo adicere benigne dignatus est. Qua vero methodo et quam fortunato eventu fabrica haec continuata sit, praesens, quem primarium hocce Templum obtinet, status, quemve statim describere placet, clare edocet.

Status totius Templi.

Postquam ad impendia Capituli Canonicorum tanta ut dictum liberalissimi Antistitis accessit munificentia, factum est Dei favente auxilio, ut intra septennium Ecclesia haec, lugubre olim desolationis spectaculum in muris convulsis, circumquaque restaurata et in parte reformata intuentibus hodie appareat, novis de integro tectis cooperta, cupreis laminis tam in superiori contabulatione quam super sacellis, sacrariis et conclavi bracteata

erecta, tribus turribus ab oriente ex fundamento comparatis, in quarum singulis superficies et fastigia cupro tecta, globi rotundi inaurati stellaeque similes impositae fulgent. Tecta itidem superioris videlicet contignationis turribus contigua tum sacrarii, conclavis Capituli et sacelli SSmi Corporis Christi vasis cupreis auratis in fastigio collocatis ornata sunt. Habet insuper supercilia parietum firmata et ornata, cubilia fenestrarum maioris Templi, sacellorum, bibliothecae, conclavis et omnium locorum praeter destinatum supellectili sacrae cleri inferioris sacrarium ferrea, tum ipsas fenestras universim nuperrime comparatas. Tota demum et integra Templi interna et externa constructio in parietibus suis et minoribus turribus tectorio crustata et dealbata habetur. In ingressu autem Templi binae extrinsecus porticus pro maiori ornamento accomodatae sculptaeque cernuntur.

Quod internam maioris momenti fabricam attinet, parietes, columnae omniaque lacunaria maioris Templi ac sacellorum de integro reformata ac dealbata videri possunt. Pavimentum scutulis quadratis marmoreis ubique praeter sacella tria a septemtrione sita pavimento carentia stratum, ara princeps pro combusta olim lignea ex solido constructa muro, non mediocri comparata impendio, in muro et ornamentis sculptilibus perfecte elaborata ac consumpta consistit.

Eo descriptum modo Templum hoc primarium muratum, ducendo initium ab ingressu maioris portae ad aram principem, continet longitudinis cubitos octuaginta novem. Inchoando vero a muro intermedio turrium altiorum ad terminos sacelli Corporis Christi versus aram maiorem longitudinis centum quindecim cubitos. Presbyterium cum medio Templi praeter dimensionem columnarum cubitos latitudinis octodecim compectitur. Altitudo interna a superficie pavimenti ad lacunar cubitis quadraginta duobus constat. Totum vero Templum ad parietes sacellorum latum est cubitis sexaginta quinque, sacella singula interne alta sunt cubitis novemdecim. Integra tandem Aedes cum superiori medii Templi tecto ad fastigium eiusdem alta cubitis quinquaginta quinque. Turrium maiorum residuus et antiquus murus, quarum hucusque cacumina desunt, altus cubitis septuaginta duobus. Minores turres a superficie terrae ad verticem urnae seu globi cuprei inaurati dimensae altae cubitis sexaginta tribus. Sacellum Corporis Christi, conclave Capituli et sacrarii cum suis tectis cubitis viginti octo alta. Tectum inferius sacellorum, in

quibus res sacrae divinumque sacrificium ex donatis Templo reditibus publice fieri solent, altum cubitis decem.

Forma Templi hac ratione dimensi ante urbem Posnaniae ab ortu solis existentis est eiusmodi: Primo, ut intelligatur eiusdem situs, satis est innuere, portam maiorem ingressus in Ecclesiam occidentem, aram vero principem et sacellum SS. Corporis Christi orientem respicere. Secundo Templum ex duplici contabulatione componitur, quarum prima superior ipsum Templi medium tecto cupreo plano et aequali opertum complectitur, inferior altera tecto pariter plano circumquaque clausa sacella continet. In contignatione inferiori, siquidem tecta ligneata habentur, proportionis et maioris decoris gratia tecta sacelli Corporis Christi orientem, conclavis meridiem, sacrariorum septentrionem versus aliquantum elevata sunt, cum et parietes trium horum locorum ab aliis sacellis diversa et distincta forma constructi sint et extra limites parietum longius et in figuram Crucis extendantur. Hoc insuper triplex elevatum tectum habet sibi impositas iustae magnitudinis, altitudinis et latitudinis turres. Ab occidente ex utraque aditus maioris parte extant binae turres altiores necdum absolutae, medium vero harum altiorum turrium facies Templi sat ampla et magnifica tenet, quae hucusque reformatione et ornamentis indiget.

Area Templi una cum crassitudine muri longitudinis centum octodecim cubitos, latitudinis vero non ubique eosdem comprehendit, turres siquidem, sacraria et conclave Capituli lineam parietum excedunt. Area vero tota et integra una cum templo a limitibus Pontis Ostrovecensis ad caemeterium Ecclesiae Collegiatae in Summo cubitos longitudinis trecentos viginti tres, latitudinis vero nonaginta duos complectitur.

Sacella ad septemtrionem existunt quattuor.

Primum ab ingressu Templi a sinistris porticum inter et turrim consistens, nunc SS. Ovidio et Caietano, olim vero SS. Fratribus Polonis Martyribus sacrum, Doctorale dictum. Sacellum hocce Albertus Wasniewicz, medicinae Doctor, Ecclesiae huius canonicus, propriis impensis restaurari et adornari fecit, quod rursus ingenti aquarum eluvio anno 1736 secuto desolationem passum, tandem durante priori fabrica restauratum; habuit altare ligneum sculptum, quod, priusquam conflagrasset templum, novi altaris construendi et apponendi causa exporta-

tum in locum sui ob subsecutam cladem nullum hucusque suffectum habet.

Secundum S. Jacobi Apostoli nomine insignitum pariterque continens olim aram ligneam vetustam, quae vigente antiqua fabrica Templi (utpote nulli apta usui) amota alia locum suum occupante caret.

Tertium olim S. Adalberti, nunc B. V. Mariae Częstochov. vulgo dictum, vacuum.

Quartum effigiei Christi e cruce pendentis, Gorkanum dictum. Ex antiquis lustrationibus certum est in hoc sacello extitisse aram D. Stanislai principem consecratam, in qua dudum sculpta haec Christi effigies reposita fuit et eousque plurimis ad se confugientibus seseque devoventibus solatio et auxilio esse solet. Ex porta Civitatis Posnaniensis in platea Vratislaviensi sita, ubi primum mirandis operibus clarere coepit, ex mandato olim Casimiri Czartoryski, Antistitis Posnaniensis, anno Domini 1652 huc translata eodemque anno (uti antiquioribus Visitationibus perhibetur) praevio eorundem miraculorum solemniter instituto examine prodigiosa agnita et declarata, ab Alberto demum Tholibowski, Episcopo Posnaniensi, approbata atque dotata est. Ara eiusdem lignea antiquitus fuerat, penitus vetustate consumpta, anno praesenti lustrata obque periculum ac metum brevi secuturae demolitionis, quam in dies minabatur, e loco sublata est locusque illius peristromatibus adornatus, in quibus pro commoditate rei divinae faciendae imago Christi morientis picta appensa; crux vero illa insignis in decenti loco asservatur.

Penes hoc sacellum Sacrarium Capituli sat decenter ornatum, tamen ornamenta sculpta picturam et auraturam requirunt, locus denique supellectilis sacrae clero ecclesiae huius destinatus, interna restauratione et constructione indigens existunt.

Sacella ad meridiem numerantur quinque.

Primum penes portam maiorem ingressus Templi ad dextram S. Apolloniae Virg. et Mart., olim Regium nuncupatum. Quemadmodum ex lustrationibus Templi Tholiboviana et Hosiana constat, habuit quondam aram inscriptam nomini S. Crucis in medio depictae structurae parvae et antiquae sculpturae, nunc absque altari existit.

Secundum penes porticum in egressu Templi ad sinistram situm, Christi ad columnam caesi Czarnkowskich

dictum, collegio Psalteristarum aggregatum, nunc vero S. Joannis Cantii, altari cum mensa constans murato sculpto, sed potiori parte destructo et deformato.

Tertium SS. Trinitatis, Konarscianum quondam appellatum, Paenitentiariis Ecclesiae huius applicatum, altare olim continens ligneum, posterioribus temporibus solam mensam, nunc in loco arae imagine S. Petri ex principe Templi altari igne consumpto erepta atque ibidem tantisper collocata condecoratum.

Quartum Szołdrscianum nomine S. Angelorum signatum, olim Rydzynscianum dictum, pavimentum habet marmoreum, crates ferreas et scamna aliquot lignea. Extat in eodem altare marmoreum sumptibus olim Andreae Szołdrski, Antistitis Posn., comparatum. Lacunar totum variis antea picturae coloribus adornatum modo dealbatum duntaxat visitur.

Quintum S. Joannis Nepomuceni, primitus Powodowscianum et Gwiazdowscianum dictum, continens altare ligneum multis in locis inauratum, impensis olim Caroli Poninski, praepositi Ecclesiae huius, constructum. Altare sacelli huius quotidiano et perpetuo gaudet privilegio libertationis animae piacularibus flammis addictae toties, quoties presbyter aliquis saecularis vel cuiuscumque familiae, coetus, instituti sacrum funebre fecerit. Privilegium istiusmodi subveniendi animabus a Smo olim Benedicto Papa XIII. Romae ad s. Mariam Maiorem sub annulo piscatoris die 20. mensis Julii benigne collatum, cunctis Patriarcharum, Metropolitarum, primariis Pontificum Templis universim communicatum vique eiusdem a Joanne Tarło, Antistite Posn., Varsaviae die 12. Januarii anno 1728 huic S. Joannis Nepomuceni altari applicatum et assignatum est.

Praedicta inter Szołdrscianum et Powodowscianum medium locum tenet Conclave Capituli, in cuius ingressu est porta ex muro confecta et sculpta bifores, continens valvas decore constructas cum binis ferreis claustris. Locus conclavis pavimento stratus est marmoreo, sessibula Praelatorum et Canonicorum in coronae modum collocata, mensae duae, una versus sedem Praesidis semper impositam sibi crucem cum effigie Christi morientis argenteam habens, altera Notariorum conclavis, utraque tapetibus tecta, parietes peristromatibus decorati. Pars una ostii complectitur armarium tabularii conclavis ligneum comptum, ex parte sculptum et cancellis bracteis adornatum. Altera minus continet armarium absque cancellis conservandis

variiis rebus necessariis idoneum, utrumque muro parietum infixum.

Ad orientem Sacellum est SS. Corporis Christi, aram principem versus, olim Nowodworscianum dictum, applicatum Collegio Officium de B. V. Maria parvum decantantium, in quo SS. Christi Corpus inservatur, de integro viginti ante annos restauratum, interiori pictura eiusdem Sacramenti mysteria exhibente altarique etiamnum consistente condecoratum, ast conflagratione secuta in picturis super lacunari ex parte deformatum.

Ara princeps nomine Principum Apostolorum et assumptae in coelum Gloriosissimae V. Mariae honorata, antiquitus fuit lignea, colore nigro depicta certisque inaurata partibus, quae paulo ante conflagrationem Templi albi et varii coloris pictura reformata extitit. Sed cum excitato incendio in cineres abiisset, aream reliquerat vacuam, in cuius locum altare novum e solido muro elaboratum statuis sculptis variisque ornamentis splendidum suffectum, nondum tamen consecratam habens mensam cernitur. Medium quippe eiusdem arae occupat statua Servatoris nostri claves D. Petro Apostolo ad columnam genua flectenti tradentis. Fastigium Columnae claves potestatem ligandi atque solvendi exhibentes stolaque sacerdotali praecinctas exprimit. Arcus continet duos genios tiaram Pontificiam tenentes manibus. Latus Servatoris et D. Petri columnas inter statuae quattuor Doctorum Ecclesiae, Augustini videlicet, Gregorii, Ambrosii et Hieronymi cum suis sculptorum insigniis ex parte utraque cingunt. Superiorem arae pariterque mediam partem adornat statua assumptae in coelum Gloriosissimae Virginis coelestibus geniis stipatae. Effigies item Spiritus s. in columbae specie super eam pensilis. Fastigium ipsum altaris terminatur statua Dei Patris nubibus circumdati, quattuorve Angelis ab utroque latere circumdati, quorum unus coronam, alter sceptrum tenet. Omnes dictae statuae aliaque ornamenta de gipso sculpta habentur.

Praefectus fabricae in congressu Capituli universo feriis D. Martino sacris fieri solito quotannis ab eodem eligitur aut antiquus confirmatur, a Lociordinario vero unus, quem pro libitu voluerit, constituitur. Illorum muneris ac solicitudinis est, totius fabricae curam habere eandemque promovere, opifices videlicet certos et artis suae optime gnaros procurare, pactiones cum iisdem prudenter optimaque conficere ratione, eorum labori et diligentiae invigilare, res promovendae fabricae

necessarias tempestive providere, artifices et alios operarios homines ad Notarium redituum, apud quem pecuniae in rem fabricae pendendae repositae sunt, cum schedulis a se inscriptis pro persolvenda singulas spectante hebdomades statutae mercedis parte expedire, durante tandem universo Capituli congressu coram duobus aut pluribus ab eodem designatis viris acceptae et in rem fabricae erogatae pecuniae, collatis prius inter se codice Notarii rationario schedulisque a se inscriptis, rationem reddere, de qua perfecta a delegatis viris congregato Capitulo deferatur, ut vel ideo fabrica ultra promoveri modusque incrementi eiusdem provideri possit.

Quod attinet reditus apparatum et supellectilem sacram comparandam conservandamque internam et externam fabricam spectantes, hos Templum certos, stabiles ac definitos nullos habet, ac proinde de necessariis eiusdem, utpote fovendo lumine, cera, savo(?), vino, oblatis ac stipendiis ministrorum Templi aerarium Capituli providet; olim ad subministranda ista Praesules tenebantur. Verum facta mutuo consensu Capituli et s. m. Andreae Szołdrski Episcopi commutatione bonorum Wielichow in stagnum, molam et prata palatium inter Episcopi et oppidum Srodka quondam sita, per bullam Romani Pontificis confirmata et approbata, suggerendi eadem Capitulum partes suscepit.

In rem sacrarii neoadmittendus ad hocce collegium ingressus iucundi nomine quindecim aureos hungaricales ex consuetudine et statuto contribuere tenetur, ex quibus a Templi huius Custode ea, quae usui magis necessaria iudicat, comparari solent, salvis expensarum rationibus ab eodem conscribendis Capituloque tandem reddendis.

Regimen et ordo sacrarii ex vi constitutionis et muneris dignitatis huius spectat praecipue eundem Custodem, qui proprium habet sibi substitutum Procustodem, unum e vicariis Templi huius, presbyterum, cui cura sacrarii custodiaque supellectilis ecclesiasticae incumbit. Easdem partes demandatas sibi habet constitutus aedituus presbyter, applicatis muneri suo certis aris seu ministeriis, ut infra patebit, gaudens.

Fabrica Ecclesiae nullos ut dictum ex summis pecuniariis ad sui conservationem habens reditus, gaudet solum canonibus, qui a scultetis et advocatis bonorum mensae Episcopi tam in Maiori Polonia, quam in ducatu Masoviae existentium quotannis ad manus Praefecti canonum pendi debent. Deinde cum Antistitem aut aliquem e senatu sacro

virum intestatum vita fungi contingat, quarta pars relictae fortunae iuxta sancita Regni anni 1768 in reparationem templi huius cedere debet. Eiusmodi summae indifferentes vocantur, ita ut ad augmentum aerarii cum Antistitis tum Capituli non pertineant eidemque haud applicentur. A scultetis tamen et advocatis in decanatibus praesertim Masoviae canones pendendi a multis fere annis retinentur. Canones isti ad aerarium deportati praedicto indifferentiae modo impendi solent in fabricam, cui accessit summa flor. polon. quattuor milium quingentorum octuaginta sex quartae ex relicta a Theodoro duce Czartoryski Praesule fortuna partis, per Procuratores Capituli cum Eleonora principe Czartoryska, olim Michaelis principis Czartoryski, supremi Cancellarii, relicta vidua facta pactione conventae ab illaque fideliter exsolutae, quae decreto Capituli in comparationem aeris campani ordinata et disposita fuit, atque ideo stannum Anglicanum pro summa aureorum hungaricalium centum emptum ac praeparatum est.

Campanum aes in turribus maioribus ad utrumque faciei Templi latus erectis appensum erat duplex, et quidem in altera septemtrionem respiciente unum insignis magnitudinis D. Benedicto, aliud paulo minus D. Paulo dicatum, illud diebus festis primae ut vocant classis, hoc diebus classis secundae sonare solitum. Altera ad meridiem posita turris triplex continebat aes campanulum diebus profestis sonans. Verum omne conflagratis turribus ab alto delapsum, ex minori quodlibet liquefactum, maximum gravi pondere ad terram ruens in partes dissectum et dissolutum est. In defectu proinde et incommodo isto duplex parvum aes in coemeterio Ecclesiae Collegiatae in Summo suffectum, cuius pulsu populus ad divina convocatur ordinique Templi consulitur. Eiusdem ad meridiem turris pars superior complectebatur horologium locale horas partesque eiusdem sonans, cui ad significandas horas aes campanum intra Ecclesiam ad parietem turris pendens respondebat, sed illud ipso sextae horae matutinae sonitu una cum aere campano igne absorptum et ab alto deiectum est. Tandem anno 1774 p. m. Andreas Myszkowski, Ecclesiae huius decanus, studio et commodo populi pie permotus propriis impensis comparatum horologium in eadem turri collocari curavit, cui ex munificis collationibus p. m. Morawski Posnaniensis et Boguslai Chłapowski Sremensis archidiaconorum, aere item a collegio Canonicorum ex liquefactis campanis superaddito, duae ad sonitum horarum earumque partium denuo fusae accesserant.

Rebus sacris in hoc Tempio peragi solitis, siquidem certum constitutum est tempus, proinde ad easdem congruo peragendas ordine diversum aes campanum adhibe(b)atur, quo scilicet clerus una cum populo dirigi posset. Pulsus vero omnium campanarum simultaneus in supplicationibus duntaxat publicis, in parentaliis cuipiam Praesulum vita functo persolutis, denique in turbida aeris caelique tempestate, cum proxima iuste timeri eiusque periculum tempestive praevideri poterat, fieri solebat.

Sanctus, quo tutore ac patrono hocce Templum gaudet, D. Petrus Apostolus est. Illiusque memoria proprio eidem ab Ecclesia constituto die solenni ritu recolitur. Dedicationis Templi manifesta argumenta in tabulario conclavis nulla inveniuntur praeter Visitationes Antistitum Posn. et continua omnium temporum testimonia ad haec usque tempora derivata, ex quibus docetur consecratum fuisse a Iordano Italo de familia Ursinorum, primo Ecclesiae huius Antistite. Ex Visitatione item Hosiana patet eo adhuc tempore apparuisse consecrationis signa. Dies itaque eiusdem anniversaria proxime post ferias D. Bartholomaei Apostoli Dominica die ex non interrupta consuetudine celebratur.

Sacrosanctum Christi Corpus in altari sacelli eidem dicato in decenti pyxide argentea tota inaurata, ab olim Michaele Zakrzewski, canonico Posn., comparata continuo asservatur. Speciesque eiusdem intra quindecim et interdum pauciorum dierum spatium a Rev. sacrarii Custode renovari solent.

Baptisterium olim in sacello SS. Corporis Christi collocari solitum ad sacellum tandem SS. Trinitatis translatum est et cum omnibus eiusdem requisitis in vaso cupreo decenti beneque clauso conservatur, quamvis raro admodum sacramentum baptismi in hac aede primaria administrari soleat. Administratio vero eiusdem propria est Collegio vicariorum Templi huius seu illius, cui per hebdomadem munia sacra obeunda incumbunt, qui et nomina sacro fonte ablutorum libro ad id constituto inserere tenetur.

Olea sacra autem post aram principem in pariete muri fornicato, ad ea conservanda accomodato in armariolo secreto habebantur, a quibus uti et a sanctuario claves a procustode aut aedituo in securo loco deponebantur. Post funestam vero altaris magni conflagrationem tantisper in sacrario iisdem invigilantibus asservantur.

Lampas ante SS. Christi Corpus diu noctuque ardere solet impensis aerarii Capituli, cui oppidum mensae Episcopi Buk quinquaginta fl. pro eodem lumine fovendo quotannis ex antiqua obligatione contribuit.

Reliquiae Sanctorum insignes debito asservantur cultu, quae a lustrante hoc Templum Opalinscio Antistite verae et authenticae agnitae sunt. Sed quoniam illarum quaedam circa eandem Visitationem de suis cistulis alio sunt translatae et in quibusnam vasis depositae fuissent, ob deperditas inscriptiones, comparatas item progressu temporis novas cistulas mutatamque aliquoties Reliquiarum collocationem explorari nequit, illae duntaxat recensentur, quae primitus cistulis redditae in iisdem continuo asservatae continentur suntque sequentes: Primo caput D. Sabinae Mart. cistae octangulari argenteae inclusum. Secundo insignis pars exuviarum D. Ursulae V. M. in simili cista collocatarum. Tertio Reliquiae insignes S. Jucundini in urna marmorea conditae inque sacello SS. Angelorum publico expositae cultui. 4-to. Gladius, quo D. Petrus Malcho auriculam amputasse pia duntaxat, sed continua et quodammodo per manus tradita assertione creditur. Reliqua in indice supellectilis sacrae paulo inferius attingentur.

Indulgentiae orthodoxo populo Templum hoc visitanti ibique deprecanti Deum, quemadmodum ex literis Romae ad s. Mariam Maiorem die 29. Nov. anno 1768 Pontificatus SS. olim p. m. Clementis Papae XIII undecimo datis patet, pro singulis cuiuslibet anni feriis DD. Petro et Paulo Apostolis sacris concessae omnimodae perpetuoque duraturae atque ab Officio Posn. die tertia Martii 1769 admissae sunt. Pro aliis vero diebus sacris, utpote Inventionis et Exaltationis S. Crucis, DD. Martini et Ioannis Cantii ab eodem Romano Pontifice ad decem annos impertitae, tunc, nuper vero anno 1772 procuratae sunt et impetratae Indulgentiae perpetuae omnimodae pro diebus festis Servatoris Nostri, Nativitatis videlicet, Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis et SS. Corporis, tum feriis B. V. Mariae dicatis, utpote Conceptionis, Nativitatis, Praesentationis, Annuntiationis, Purificationis, Visitationis et Assumptionis, Principum item Apostolorum Petri et Pauli, pro omnibus denique Dominicis et sextis mensis Martii feriis. Pro reliquis autem totius anni eiusmodi feriis sextis affecto intrinsecus de admissis criminibus dolore precationesque certas in memoriam Xti patientis ac Litanias de BMV. recitanti populo Indulgentiam dierum

centum a SS. nunc feliciter superstite Pio Papa VI benigne donatam, praedictarumque omnium Indulgentiarum animabus flammis piacularibus addictis communicationis concessionem factam diploma Romanum eiusmodi Indulgentiarum obtentarum a Tribunali SSmi nona Julii 1777 subscriptum et a Consistorio Posn. 28. Augusti eiusdem anni admissum perhibet.

Habentur praeterea impetratae Indulgentiae, stationum Urbis dictae, singulis Quadragesimae et certis anni diebus in sacrae Liturgiae libro vulgo Missali descriptis, populo Templum hoc adeunti et ad mentem S. Ecclesiae preccanti ab eodem Romano Pontifice concessae ea ratione, qua illas consequeretur, cum diebus iisdem Templa Urbis lucrandis eiusmodi gratiis destinata praesens ac religiosissime visitaret, instrumentum rei huius publicum die 10. Julii anni praedicti Romae ad S. Mariam Maiorem sub annullo Piscatoris subscriptum prodiit. Denique cum in hac Aede sacra singulis feriis sextis, hora matutina nona ad pulsum maioris campanae, Responsorium Tenebrae factae sunt etc. a vicariis decantari solet, quicunque eo tempore acerbissimos Christi cruciatus mortemque grata recordatione recolunt aut in memoriam eiusdem breves ad Deum precationes effundunt, Indulgentiam septem annorum lucrantur illamque perpetuis impertitam temporibus. Bulla Leonis Papae, Romae ad S. Petrum Kalendis Maii 1520 pro singulis Regni Poloniae Templis subscripta declarat.

Res sacrae vulgo Devotiones in Aede primaria diebus Dominicis et festis eo ordine fieri solent:

Primo matutino tempore ab hora quinta ad sextam in sacello Corporis Christi Psalterium canitur. Secundo hora sexta preces ecclesiasticae matutinae cum laudibus psallente choro cantu eidem proprio peraguntur, ad quarum initium sacrificium primum ab uno e Collegio psalmos canentium in aliquo sacello ex ordine conficitur. Tertio absolutis matutinis precibus quolibet die hymnus patrio idiomate conscriptus, qui incipit Zawitaj ukrzyżowany, et recepta usu supplicandi Deo pro animabus vita functorum formula Wieczny odpoczynek a vicariis Templi huius in sacello s. Crucis decantatur, tandem missa votiva de BMV., quae incipit Rorate, cum cantu celebratur. Quarto in sacello SS. Angelis dicato ex reditibus Szołdrscianis Templo donatis missa de Angelis cantu modulato, figurali vulgo absolvitur. Quinto die Dominica missa votiva de SS. Trinitate a Collegio Paenitentiariorum cantu chorali peragitur. Sexto officio seu ut

aiunt cursu de Christo patiente illiusque precationibus ad Nonam inclusive persolutis missa similis votiva S. Crucis canitur. Septimo decantata hac missa inchoantur a clero horae canonicae et ad Nonam exclusive psalluntur. Octavo processus Capituli et cleri minoris per Templum instituitur isque, cum exponitur in altari publicae venerationi Corpus Christi, etiam in Vesperis fieri solet. Nono missa ut aiunt conventualis musicos inter conventus ad altare princeps celebratur, in qua decantato symbolo Apostolico sermo ad populum congregatum habetur, et eodem absoluto missa fundationalis dicta ab Adm. Rev. Templi aedituo in aliquo ad latus existente sacrario legitur. Decimo confecta missa solenni decantatur Nona.

A meridie hora secunda Psalterium ad horam tertiam canitur, tamen Vesperae cum Completorio de Christo patiente a Mansionariis canendo persolvuntur. Iisdem persolutis Vesperae cum Completorio diei, si fuerit ritus primae classis, cum pulsu instrumentorum musicorum, si vero secundae classis fuerit, cum pulsu duntaxat organorum a vicariis peraguntur. Denique Psalterium integra hora cantari solitum publicis precationibus finem ponit.

Diebus profestis eodem fere modo missae votivae peraguntur praeterquam, quod missa votiva de SS. Trinitate diebus dumtaxat Dominicis cantetur ac quartis et sextis feriis missa de S. Cruce missae votivae Rorate succedat, quae a collegio Psalteristarum absolvitur et canitur. Olim missa de Cruce singulis Dominicis et sextis feriis celebrabatur, sed cum in Aede hac primaria publica sacra fieri solita duodecimam horam passim excedant et interdum ad primam fere pomeridiani temporis producantur, proinde Capitulum prospiciens tam proprio quam cleri et populi commodo, ne scilicet taediosus ab audiendis sermonibus sacris amoveatur, eidem sacrificio conficiendo feriam quartam designatam esse voluit atque constitutionis huius approbationem ab olim principe Eppo Posn. per literas Posnaniae 19. Jan. anno 1751 ab eodem subscriptas obtinuit.

Officium autem de Christo patiente et BV. Maria ea ratione, qua diebus Dominicis verum alternis vicibus persolvitur, videlicet die Dominica, tertia et sexta feriis de Christo passo cum missa votiva, feriis autem secundis, quartis et Sabbatho de Beata cum missa eiusdem, feria demum quinta, hebdomada una de Christo passo, altera de Beata canitur.

Feriis Exaltationi et Inventioni S. Crucis sacris, S. item Joannis Nepomuceni et S. Ioannis Cantii et SS. Trinitatis sacri-

ficia celebrata de Angelis missa in suis sacellis de die festo cum pulsu instrumentorum musicorum illico fieri solent.

Post eandem quoque de Angelis missam profestis diebus aliae missae votivae, Anniversariae dictae, tum et officia eiusmodi absolvuntur. Collegia vero beneficiatorum Ecclesiae huius missas eiusmodi praescriptas eo, quo occurrunt die, in propriis sacellis sub tempus officii seu cursus decantare solent. Denique tempore Quadragesimae et Vigiliarum occurente de Sancto officio, missa de eodem a canonico Hebdomadario recitata Sexta, de feria vero aut Vigilia Nona recitata canitur. Feria demum quarta Rogationum occurente etiam de aliquo Sancto Officio missa conventualis dicta de eodem post Tertiam, de Vigilia post Sextam, de Rogationibus post Nonam cantata peragitur. Reliqua ad ordinationes S. Rituum Congregationis ad amussim observantur.

Hebdomadarii praesidis aut canonici partium est, quatuor missas cantatas seu vulgo conventuales in sua hebdomada assistentibus sibi diacono et subdiacono celebrare, occurrentibus vero primae aut secundae classis diebus festis utrisque Vesperis, Matutino et horis canonicis adesse. Vicario autem hebdomadario tres praedictae missae celebrandae incumbunt. Missae autem de feria aut Vigiliis ab ipsis vicariis cantari solent. Stipendiumque singularum floreni unius ex aerario Capituli ab iisdem percipitur.

Officia divina

in choro semper chorali cantu expediuntur praeterquam in festis Nativitatis et Paschae, in quibus Invitatoria, Psalmi et Responsoria post lectiones instrumentis musicis praeluduntur. In festis autem primae et secundae classis ad Antiphonas psalmorum et versus Responsorium organorum praeludium immiscetur. Musica omnibus festis primae classis in utrisque Vesperis et missa maiori seu conventuali, diebus autem Dominicis et aliis omnibus festivis celebribus in missa tantum conventuali adhibetur. Diebus autem profestis ritus duplicis, semiduplicis et ferialibus missae conventuales cantu chorali per duos cantores cum praeludio organorum praecinuntur. Pro cantu chorali Cantor primus percipit ex massa fl. 204, secundus ex thesauro fl. 100. Organarius ex massa fl. 160. Musica item adhibetur primo pro solemnioribus Votivis, uti sunt de SS. Trinitate gratiarum actoria pro victoria de hoste Turcarum obtenta, qua finita Ordines Religiosorum alternative seu per choros hymnum Te Deum laudamus cantare tenentur, tum in votiva pro conservatione vitae Ser. Regis

benigne regnantis, item de s. Ioanne Nepomuceno, Ioanne Cantio, Exaltatione et Inventione s. Crucis die festorum cadenti. Secundo tempore Adventus diebus Dominicis et festivis ad missam de Beata, quae incipit Rorate, cum reliquis Adventus diebus praecinentibus organis per collegium Roratistarum decantetur. Tertio in votivis de s. Spiritu die inchoandi Capituli generalis. Quarto in Passionibus Quadragesimalibus et pro his omnibus distinctim. Musici habent ex massa assignatam pensionem. Quinto in missis de Requiem, tam circa actum funebralem, quam aliis in ordine Anniversariorum expressis. Denique in publicis, si qui occurrere possunt, actibus.

In Quadragesima diebus Dominicis hora post meridiem tertia ritus publicaeque precationes in memoriam Christi patientis musicos inter concentus, numeroso populi concursu, exposito venerationi SS. Christi Corpore peraguntur, quibus absolutis e familia D. Francisci concionator ad populum ex suggestu dicere solet, ad finem vero earundem ter = Qui passus est pro nobis patrio idiomate respondente populo praecinitur. Tandem supplices Ecclesiae preces et ultimi versus hymni SS. Ambrosii et Augustini = Salvum fac etc. pro ratione temporis. Denique recondito in pyxide Corpore Christi passim cantu precationis = Fiant Domine etc. dimisso cum benedictione populo omnia terminantur.

Sacrorum horum maiori cum fervore peragendorum gratia Nicolaus Zalaszowski, archidiac. Posnan., certam fortunae partem pro concionatore, saevo(?) fovendoque lumine testamento suo legavit. Verum cum diminutis censibus hoc legatum piis eiusdem votis respondere ac sufficere non possit, proinde census applicatur aerario communi, aerarium vero cuncta usui necessaria subministrat.

Processus cleri per Ecclesiam singulis diebus Dominicis, tum in Quadragesima secundis, quartis et sextis feriis aliquo festo die novem lectionum non impeditis fiunt. Publici vero extra Ecclesiam cum ss. Christi Corpore die eidem sacro ad aedem D. Mariae Magdalenae aut s. Stanislai in Civitate Posnan. sitam, absque autem SSmo diebus S. Marci et Rogationum instituuntur, quibus Capitulum Aedis primariae et aliarum Ecclesiarum, tum Religiosi viri ordinis Praedicatorum, Carmelitarum, s. Francisci Conventualium ac de Observantia assistere tenentur et re ipsa assistunt.

Precationes annuae Anniversaria dictae[1]) diversis temporibus in hac Ecclesia institutae ac reditibus donatae cum progressu temporum aliquae in aliquot dumtaxat marcis fundatae obligationibus respondere non possent, Capitulum reformationem earum ac diminutionem obtinuit apud olim Theodorum ducem Czartoryski antistitem per literas in Palatio Episcopi ad Aedem primariam 28. mensis Augusti anno 1747 ab eodem subscriptas, quae eiusmodi est:

Ianuarius.

Anniversarium Petri Cysowski (?) scholast. cum censu 140 fl. a summa		2000 fl.
Valeriani Boczkowski cancell. . .		2000 „
Theodori Korzeniewski archid. Pscev. .		2000 „
Petri Kossowski scholast. . . .		2000 „
Stanislai Remiszewski psalteristae . .		2000 „

Februarius.

Christophori Ossowski a . . .		2000 „
Venceslai Wąsowicz, archid. Posnan., Joannis, Wężyk, archiepp. Gnesn., Petri Wolski, Andreae Laskary Epp., Joannis Branecki, suffrag. . .		2100 „
Votiva de SS. Trinitate Adami Rybski prima die post Dom. Quinquagesimae . . .		2200 „
Stephani Wierzbowski Epp., Franc. Mielżyński, archid. Posn., Mathiae Lubienski, archieppi Gnesn.		2000 „
Vladislai Walknowski can. . . .		1000 „
Joannis Rydzynski, archid. Srem. . .		1000 „
Stanislai Sławinski cancell. . . .		1000 „
Stanislai Kowalewski		400 „
Adami Konarski a censu fl. . . .	11	„
Nicolai Ziemecki a censu fl. . . .	11	„

Martius.

Theodori Korzeniewski, archid. Pscev., a .		2000 „
Stanislai Wytwicki eppi . . .		2000 „
Stanislai Zabinski, Andreae Gulczewski, Stan. Zukowski can.		1900 „
Lucae et Urielis Gorkow epp. et Lucae et Catharinae Gorkow conjug. a censu . .	81	„
Stanislai Kaczkowski, archidiac. Posn. . .		2000 „

[1]) Omittitur census inter clerum distributio.

Martini Poddembski U. J. D., Mathiae Krzycki can. { 1600 fl.
et Stan. Kokalewski et Sebastiani Łącki can. { 400 „
Joannis Wolski, archid. Srem. . . 2000 „
Hieronymi Cielecki, eppi Plocen., Alb. Grabowski suffr.
et Martini Moręski S. Th. D. can. . 2000 „

A p r i l i s.

Andreae Szołdrski, eppi Posn. a summa . 1500 „
Votiva de s. Adalberto Alberti Dobrzelewski, archid.
Posn. . . . . . 2000 „
Petri Ciświcki schol., Georgii Gowarzewski, Joa.
Sobinski can. . . . . { 1000 „
et Alexandri Nowowiejski . . { 1000 „
Votiva de s. Stanislao Stanislai Kokalewski . { 900 „
et Stan. Uwielinski . . . { 750 „
Martini Moręski can. . . . . 200 „
Philippi Dunin, praep. Cath. . . . 2000 „
Stanislai Krasinski cust. et Joa. Cielecki can. . 2000 „

M a i u s.

Christophori Ossowski a summa . . 2000 „
Stanislai Wytwicki, epp. Posnan. . . 2000 „
Lucae et Urielis Gorkow epp. . . 1160 „
Lucae et Catharinae Gorkow . . 1160 „
Theodori Korzeniewski, archid. Pscev. . 2000 „
Stanislai Kaczkowski, archid. Posn. . . 2000 „
Votiva de Apparitione s. Michaelis Arch. Michaelis
Zakrzewski . . . . 2000 „
Balthasari Wilxycki suffr. . . . { 1500 „
et Francisci Kaznowski suffr. . . { 500 „
Mathiae Chehnicki can. . . . . { 1000 „
et Andreae Hersztopski . . . { 500 „
Joannis Czechowicz (summa deperiit) . 400 „

I u n i u s.

Casimiri Czartoryski, eppi Gnesn. et Josephi Madalinski can. a . . . . 2000 „
Joannis Wolski, archid. Srem. . . 2000 „
Votiva de s. Joanne Ioannis Baykowski, suffr. Posn. 2000 „
Alberti Dobrzelewski, archid. Posn. et Joa. Tuczynski
cancell. . . . . 2000 „
Nicolai Cieciszewski et Alex. Baykowski can. . 2000 „
Votiva de SS. Corpore Sigismundi Cielecki praep. 2000 „
Votiva de SS. Trinitate Francisci Gostynski . 500 „

Andreae Hersztopski . . .	1000	fl.
Stanislai Zukowski	426	„
Iulius.		
Votiva de Spiritu s. prima die Capituli generalis Andreae Szołdrski, eppi Posn. . .	1500	„
Stanislai Hosii Tholibowski, eppi Posn. . . .	2000	„
Petri Tarło, eppi Posnan. . . .	2000	„
Nicolai Zalaszowski, archid. Posnan. . .	2000	„
Petri Zylicki, Cracov. eppi . . .	300	„
Simonis Rudnicki, eppi Warmien., Adami Rogaczewski can. et Jacobi Brzeznicki .	1000	„
Gaspari Happ suffr., Fabiani Konopacki .	300	„
Stanislai Necz, Sebastiani Łącki et Gaspari Miaskowski	400	„
Votiva de SS. Trinitate Nicolai Korytowski et Joa. Zakrzewski can. . . .	2000	„
Ludovici Tholibowski decani, Gabrielis Lewicki et Christophori Wodzynski can. . .	2000	„
Adami Nowodworski, eppi Posnan., Stephani Moręski U. J. D. can.	2000	„
Augustus.		
Joannis Wolski, archid. Srem. a . .	2000	„
Jacobi Zadzik, eppi Cracov. et Sventoslai Strzałkowski can.	2000	„
Votiva de Inventione S. Stephani vel de Decollatione s. Joannis Bapt. Stephani Moręski a 600, Joannis Bruczkowski schol. a 500, Martialis de Iwanowice a 50 et Hieronymi Powodowski a 200 .	1350	„
Laurentii Kierski can. a 86 fl., Joannis Kokalewski et Georgii Zadorski a 226, Erasmi Mielinski (deperiit), Stanislai Korzeniewski a 1000 fl. et Stanislai Zabinski	2000	„
Petri Prażmowski can. . . .	2000	„
September.		
Nicolai Zalaszowski, archid. Posn. a . .	2000	„
Votiva de B. V. Maria Laurentii Goślicki eppi, Martini Moręski et Bartholomaei Urbanski can. .	1785	„
Lucae et Urielis Gorkow epporum a censu 81		
Lucae et Catharinae Gorkow coniug. a censu 81		
Stanislai Kaczkowski . . .	2000	„

Hieronymi Wierzbowski suffr. et Alberti Wasniewicz can. 2000 fl.
Balthasari Wilxycki . . . . 2000 „
Votiva de Passione Domini Francisci cantor. et Gabrielis can. Wysockich . . . 650 „
Gabrielis Lewicki et Bartholomaei Urbanski . 1100 „
Andreae eppi et Petri castellani Czarnkowskich 300 „

October.

Votiva de S. Francisco Francisci Mielżynski, archid. Posn. a 2000 „
Sigismundi Cielecki praep., Bartholomaei Dyczynski (?) et Christophori Wodzynski can. . . 2000 „
Hyacinthi Tarnowski a 1200 fl., Michaelis Sławinski et Joannis Rydzynski a 274 fi., Jacobi Pradzewski a censu 12 fl.
Christophori Ossowski can. . . . 2000 „
Stanislai Wytwicki eppi Posn. . . 2000 „
Henrici Firley eppi . . . . 1000 „
Francisci Libowicz . . . . 1000 „

November.

Pro animabus suffr. carentibus fundationis olim Vladislai Walknowski scholast. a . . . 2000 „
Caroli Poninski suffr. a 1000 fl. et Francisci Mielżynski archid. a 1000 fl. . . . 2000 „
Votiva de Spiritu S. solemnis prima die Capituli gener. s. Martini
Pro confratribus Capituli ut in Julio
Hosii eppi
Bartholomaei Tarło eppi . . . 2000 „
Bartholomaei Madalinski, eppi Wladislav., Alberti Laktanski can. . . . . . 2000 „
Andreae Opalenski eppi, Andreae Ubysz, Pauli Raciborski can. . . . . 1987 „
Votiva de OO. Sanctis sive de Conceptione B. M. V. Nicolai Korytowski et Joannis Zakrzewski can. 2000 „
Petri Ciswicki scholast., Christophori Wodzynski can. 2000 „

December.

Andreae Swiniarski decani, Alexandri Wytwicki can. a 2000 „
Nicolai Zalaszowski, archid. Posn. . . 2000 „
Votiva de S. Sigismundo Sigismundi Cielecki . 2000 „
Votiva de S. Xaverio Mathiae Chełmicki cant. . 2000 „
Votiva de Conceptione B. M. V. Joannis Baykowski suffr. a 1000 et Alberti Gninski can. a 750 1750 „

Adami Miłaczewski can. . . .		2000 fl.
Lucae et Urielis Gorkow epp. a censu	81	
Lucae et Catharinae Gorkow coniug.	81	
Stanislai Kaczkowski, archid. Posn. . .		2000 „

Nota.

Hucusque extenduntur Anniversaria per dictum olim Theodorum Eppum Posnan. reducta. Sed cum census pro tunc solveretur per 7 a 100 et omnia fere Anniversaria superius immediate exarata in quota fl. 140 fuissent constituta, ideo dum ad praesens tam ad nexum novellae constitutionis Regni anni 1775 quam antiquorum praeiudicatorum Tribunalit. in plurali numero census per medium actu exsolvuntur tantum, facile adinveniri potest in praefatis Anniversariis quantitas moderni census et ordinationum difficile subsistibilium.

Secundo summae nonnullae originales pro Anniversariis fundatae reperiuntur ad praesens reductae, uti patebit paulo infra in descriptione summarum, nec non collegia cleri Cath. in quibusdam anniversariis habent annexam obligationem missarum absolvendarum, diminuta tamen et per medium rescissa de servitio vix pro decantando Anniversario (praesertim collegio Psalt.) sufficere potest, ideo ex his rationibus pro nova reductione instabatur.

Post memoratam superius reductionem alia ab anno 1744 accesserunt Anniversaria recenter fundata, quae sunt sequentia

Mense Januario.

Anniversarium Francisci Neuhausen, can. coadiutoris, quod primis diebus ante omnia alia anniversaria absolvi debet, a summa .	2000 „
Pauli Wyrzykowski can. debet absolvi ipsa die Conversionis S. Pauli a . . .	2000 „
Hermenegildi Szczaniecki can. ultimis Januarii .	2000 „

In Martio.

Thomae Czyrnicki paenitent. die 19. Martii .	2000 „
Alexandri Miaskowski can., Francisci Wolinski, archid. Srem., Joannis Koszutski, Adalberti Cielecki	2190 „

In Aprili.

Thomae Rossowski can. die 13. huius mensis a	5000 „

In Junio.

Petri Rokossowski primicerii in Vigilia s. Petri et Pauli Ap.	3800 „

Josephi de Werbno Pawłowski Eppi a summa	6000	fl.
In Julio.		
Pro confratribus Capituli secunda die Capituli gener. a summa	3000	„
Stanislai Hosii, eppi Posn., tertia die Capituli gener.	8000	„
Stanislai et Theresiae Morawskich		
Leonis Morawski, archid. Posnan., a summa .	2000	„
In Augusto.		
Francisci Neuhausen, can. coadiut., a summa .	2000	„
Laurentii Swiniarski, cust. Cath., in Vigilia s. Laurentii	6000	„
Simonis Wosinski can. . . .	4000	„
In Septembri.		
Francisci Wolinski, archid. Sremen., Michaelis Krzywosądzki can.	2200	„
Josephi Pawłowski, eppi Niochen. . .	3000	„
In Octobri.		
Stanislai Leżynski can. 3. Octobris . .	4000	„
Stanislai Hosii eppi, Guilelmi Robertson, archid. Posnan., Gabrielis Boniatowicz can. . .	2000	„
Ioannis Iwanski cancell. . . .	2000	„
Hieronymi et Constantiae de Mycielskie Poninskich	1800	„
In Novembri.		
Anniversarium ut in Julio Hosii eppi ab similibus summis cum eadem ordinatione		
Serenissimi Alexandri Regis ab solvendis ex decimis Masoviensibus		
Andreae Myszkowski decani a . .	2000	„
In Decembri.		
Joannis Krall can.	2000	„
Stanislai Kaczkowski, archid. Posnan. a .	3000	„

Quando officium defunctorum absolvitur cum Invitatorio unius aut trium Nocturnorum, missa de Requiem immediate anniversario finito aut cum adiutorio seu praecentu cleri aut cum resonantia musicae per unum ex Dominis Capitularibus cantari solet. Si vero Anniversarium sit unius Nocturni sine Invitatione, missa privata de festo diei cadentis per canonicum septimanarium ad ipsam inchoationem officii celebrari incipit.

Praeter anniversaria fundata in commemoratione OO. fidelium defunctorum devotio iuxta ritum universalis Ecclesiae debito

ordine servatur et absolvitur. Item dum aliquem ex confratribus Capituli e vivis decedere contingit, exequiae pro anima defuncti confratris ex communi obligatione quam primum absolvuntur.

M u n u s c o n c i o n a n d i impositum est duobus Canonicis, uni quidem, qui nunc superstes est Joannes Iłowiecki, vi applicationis fundi Kaźmierz ab olim Joanne episcopo anno 1526, alteri, qui nunc est Andreas Reptowski, vi fundi Jankowo similiter a Petro, antistite Posnaniensi, anno 1523 adiuncti et erecti. Verum progressu temporum cessavit officio huic satisfactio, ac propterea antiquiores ac hodierni praedictis fundis dotati Canonici munus hocce ipsimet non exercent, sed obeundo eidem unum e familia D. Francisci strictioris observantiae coenobii Posnaniensis speciatim a praeside Provinciae designatum (collato per quemlibet pro eodem annuo centum flor. stipendio) sufficiunt, qui singulis Dominicis et festivis diebus pro concione dicat. Festis tamen iisque solemnioribus diebus, utpote Nati et Redivivi a morte Servatoris, Pentecostes, item DD. Martini et principum Apostolorum Petri et Pauli, quamvis omni tempore, quo sermo sacer institui ad populum solet, praedictus a familia D. Francisci presbyter concionandi assumpserit provinciam, ex antiquo nihilominus usu constantique consuetudine liquet Canonicos concionatores ad habendam a se vel subrogata aliqua capitulari persona concionem obligatos esse, cui obligationi etiam nunc satisfit. Patet praeterea ex erectione canonicatus in Ecclesia Collegiata B. V. Mariae in Summo instituti dotatique fundo Miecisko, eiusdem fundi canonicum (cum canonicus Templi primarii ad concionandum obligatus aliquo iusto ac legitimo impedimento distractus fuisset) ad supplendas vices obligatum fuisse. Sed cum Canonici concionatores in Aede primaria huic officio per se quolibet die Dominica et festo satisfacere cessarent, muneri etiam obeundi vices praedicti in Ecclesia Collegiata Canonici alia substituta et designata sunt.

Ordo et numerus Praelatorum et Canonicorum eorumque fundi.

Antiquae Visitationes et documenta edocent Praelatos huius Ecclesiae semper decem fuisse, prout etiam ad praesens totidem numerantur. Canonici autem actuales ultra triginta numerabantur, quorum aliqui de consensu Capituli et beneplacito S. Sedis Apostolicae per antecedaneos Episcopos sunt extincti. Et

quidem per Jll. Mathiam Lubienski antecessoresque eius Canonicatus fundi Gdecz seu Giecz Pscevensi, secundus fundi Glinka Sremensi archidiaconatibus sunt annexi et incorporati, tertius fundi Kurnik sublatus. Tandem per olim Andream Szołdrski Ep. Posn. anno 1645, 5 Nov. sub tempus Capituli generalis s. Martini Canonicatus fundorum Srodka, Rokitnica, Popowo, Nagrodowice, Kiiewo, Tarnowo et Zegrze pariter extincti et massae capitulari applicati, verum ex fundis memoratis nihil Capitulum participat. Canonicatus tamen fundi Popowo successu temporis cum pleno sui iure remansit, ut infra patebit.

Praepositus Perillustris Rndmus D. Josephus Bończa Miaskowski S. T. D., die 21 Septembris a. 1768 ad s. ordinem presbyteratus per Jll. Pląskowski, suffraganeum Culmen., promotus, mediante consensu S. R. Maiestatis tanquam legitimi Patroni per Jll. Excell. et Rmum D. Eppum feliciter modernum tanquam immediatum praepositum in Coadiutorem assumptus et literis provisionis Apostolicae de et super eiusmodi Coadiutoria d. d. Romae apud s. Petrum quinto Idus Maii anno 1775 in personam sui obtentis in Capitulo generali SS. Petri et Pauli Apost. anno eodem installatus. Praeposito Cathedrali inter alias praerogativas in statutis Capitularibus expressas competit ius collationis residentiarum seu curiarum intra Summum post cessum vel decessum alicuius praelatorum vel canonicorum Cathedralium tum vicariorum vacantium.

Item praepositus gaudet iure collationis binorum canonicatuum, videlicet fundi Żegowo et s. Martini mense ordinario vacantium.

Praepositus habet pro fundo villas sequentes: Kicino cum iure patronatus ecclesiae parochialis ibidem, Junikowo prope Kicino, Szewce, Mączniki cum iure itidem patronatus ecclae par., tum Paczkowo prope oppidum Kostrzyn, Czerwonak versus Koziegłowy cum molendino et aliquot colonis, quos Holendry vulgariter vocant, denique villam Srodka; non modicae frugis quondam erat molendinum Hamer pro concutiendo aere ad praeposituram spectans, ob carentiam silvarum locus vacuus solum nomenclaturam Hamer retinet. Status eorundem bonorum in dies melior redditur.

Insuper decimam post oppidum regale Mosina et Gowarzewo habuisse legitur, ratione cuius de manso solvi quondam solebat pęr metretas tritici. De villa Starczanowo capitulari de quolibet manso per fertonem loco decimae.

Modernus praepositus produxit diploma promotionis suae ad S. Theologiae doctoratum d. d. Romae in Cancellaria Aplica et Camera Archivi Collegii Prothonotariorum de numero participantium, tum literas dispensationis Aplicae super retentione beneficii curati in oppido Wielichowo sub d. Romae apud s. Petrum pridie Kal. Martii 1779 et debite in Officio Consistoriali executae.

Decanus Perillustris Rndmus D. Josephus Łodzia de Zwonowo Rogalinski, S. T. et U. J. D., praepositus Vschovensis, produxit imprimis diploma super promotione ad doctoratum d. d. Vilnae apud D. Joannem in Collegio academico a. 1776, secundo literas promotionis ad s. presbyteratus ordinem sub d. Romae die 10. Nov. a. 1757, tertio literas retentionis praeposituraе Vschovensis cum praelatura decanatus d. d. Romae 10. Kal. Octob. a. 1779 emanatas. Qui Perill. Rd. Rogalinski, primum coadiutor archidiaconatus Sremensis, tandem ad praelaturam decanatus Cathedralis morte olim Andreae Myszkowski vacantem per p. m. Andream Młodziejowski eppum 1779 provisus et institutus, in capitulo primo post generale SS. Petri et Pauli Apost. sub die 12. Julii anno eodem installatus. Praelatura haec habet pro fundo villam Lussowo cum iure patronatus ecclesiae paroch. ibidem et lacu, in cuius villae fundorum visceribus, in confinio limitum penes viam magnam de Posnania ducentem ad oppidum Buk est dudum erecta colonia dicta Polityka quinque casis rusticalibus et totidem villanis constans, qui opera diurna in praedio Lussoviensi praestare solent. Praeter hunc fixum fundum huius praelaturae possessor habuit olim annexam decimam per villas Stary et Nowy Ceradz et similiter in Sierosław cum plena decimatione. Denique ex villis Nowa et Stara Wieś ad Oborniki spectantibus nec non octo marcas pecuniae per praepositum Collegiatae D. Mariae Magdalenae Posnaniensis solvendas.

Archidiaconus Posnaniensis Illustrissimus D. Xaverius de Werbno Rydzynski, suffrag. Posnan., custos Metrop. Gnesn., praepositus in Chodziesz, ordinis S. Stanislai Eques, praevia provisione Apostolica super coadiutoria huius praelaturae sub d. Romae 10. Kal. Oct. a. 1770 die 26. Martii installatus. Pro fundo habet villam Szymanowo circa oppidum regale Szrem et alteram Staniszewo prope oppidum Szroda, quae quondam penitus deserta tandem stante possessione olim Guilhelmi Robertson et Josephi Pawłowski, eppi Niochen., ad meliorem frugem sunt redactae existuntque ad praesens in

sufficienti statu. De reliquo quoad decimas maldratas et alios quosque proventus huic praelaturae annexos docent anteriores Visitationes. Haec praelatura est de iure electiva ad nominationem D. Lociordinarii.

Primicerius Clemens Wierusz Walknowski, praepos. Krotoszyn. in archidioecesi Gnesnensi, ex provisione Apost. super coadiutoria primiceriatus una cum retentione beneficii curati in Krotoszyn sub die 6. Kal. Maii a. 1779 obtenta, anno eodem die 8. Nov. installatus. Haec praelatura dicitur fundi s. Adalberti ideoque gaudet iure patronatus ecclesiae paroch. eiusdem Sancti extra muros Civitatis Posnan. sitae. Quamvis autem aliorum huic praelaturae annexorum antecedanei possessores fere a centum annis participatione non sunt potiti, ea tamen omnia, quae in Visitatione olim Tarlo eppi describuntur, revocare fas est = Praelatura haec habet pro fundo decimam manipularem in villa Zydowo, districtus Posnan. Item in villa Uszczykowo solvuntur quattuor marcae iuxta decretum Tribunalis Regni a. 1610 6ta post festum s. Andreae Ap. inter Rev. Czacki cantorem et Gen. Obornicki possessorem latum. Item in Goniencino decima de praedio, maldrata autem post cmethones iuxta concordiam a. 1598 die 12. Aug. inter Magf. Catharinam de Kościelec Opalinska cum eodem Czacki factam et ad acta Consistorii Posnan. anno eodem 1598 in mense Novembri oblatuatam. Item in villis Rosnowo maiori maldrata, in minori Rosnowo decima. Item in Jaroslawice decima. Item in Jeżyce Civitatis Posnan. respectu decimae marcae duodecim. Item in Czerleyno decima, pro qua similiter solvuntur marcae duodecim. In villa Zabikowo episcopatus Posnan. decima manipularis et lini, quae olim spectabat ad mensam Eppalem, prout patet ex Libro beneficiorum dioecesis Posn. fol. 42. lit. Wiry, sed demum applicata praelaturae huic et per Nos etiam extradi demandata = Idem Jll. olim Tarło eppus obligavit decreto Visitationis suae Perill. olim Mathiam Chełmicki, cantorem protunc Cathedr., ut proventus suae praelaturae assignatos iure vindicaret, per quem tamen nihil factum esse posterior Visitatio Hosiana edocet.

Custos Adalbertus Wyssogota Zakrzewski U. J. D., praepositus ecclesiarum paroch. in Buk et Mokronos, vigore literarum provisionis Apost. 16. Kal. Junii a. 1768 Romae in personam sui subsecutae, die Mercurii 27. Julii per suum plenipotentem anno eodem installatus. Pro fundo possidet villam Kaczanowo circa oppidum Wrzesnia et alteram Jerzykowo

cum borra, molendino et stagno prope villam Biskupice Seminarii Posnan.

Scholasticus Antonius Boncza Miaskowski, primicerius Metrop. Gnesn., praepositus Petricoviensis in archidioec. Gnesnen., Neomestensis, Dębnensis in dioec. Posnan., praevia sui per Celsissimum olim Theodorum principem Czartoryski, eppum Posn., sub die 20. Jan. a. 1749 institutione canonica, anno eodem die 3. Martii installatus. Fundum proprium huius praelaturae fuisse villam Wanino quondam desertam meminit Visitatio Tholiboviana et Opalinsciana, sine tamen ulla mentione iurium proprietatem et incorporationem eiusdem villae evincentium, imo ibidem describitur praetactam villam venditam esse Magf. Włostowski, castellano Crivinen., cum obligatione quotannis solvendae scholastico quotae 300 flor. polon. De consensu tamen Lociordinarii et Capituli ex metricis actorum capitularium hucusque minime constat. Item eundem Rev. Scholasticum ex oppido Krobia 30 metretas avenae et 30 capones percepisse Visitatio Jll. Hosii enucleat hosque proventus scholasticum concernere privilegia in Librum privilegiorum inducta, et quidem primum de anno 1579 sub num. 168, alterum de anno 1592 sub num. 241 indigitant. Produxit literas dispensationis super retentione praelaturarum Scholasteriae in ecclesia hac Cath. Posnan., praepositurae Petricovien., tum beneficiorum curatorum Neomestensis et Dębnen. circa expeditionen Bullae provisionis Apost. de et super Primiceriatu Ecclae Metrop. Gnesnen. sub d. Romae apud S. Mariam Maiorem 7. Idus Augusti a. 1769 impetratas.

Archidiaconus Sremensis Boguslaus Chłapowski, anno 1743 die 9. Julii Posnaniae ad s. presbyteratum ordinatus, provisione Apost. de et super Coadiutoria archidiaconatus Sremen. 8. Idus Decembris a. 1751 obtenta, die 26. Junii a. 1752 installatus. Villam Glinka extincto canonicatu huius fundi huic praelaturae esse incorporatam supra dictum est. Haec villa consistit circa oppidum Kostrzyn, quam etiam ad praesens archidiaconus possidet cum molendino et stagno. In perceptione autem fertonum decimalium ex villis Drzonek et Nochowo Capitaneatus Sremensis ad se spectantium modernus possessor nusquam extitit. Habet Rev. Chłapowski dispensationem cum praelatura archidiaconatus eiusdem retinendi beneficium curatum in Ostrorog.

Archidiaconus Pscevensis Antonius Umiński, praepositus Collegiatae Calissien., ex provisione Apostol. quinto Kal. Aprilis a. 1776 una cum retentione dictae praepositurae Calissien. impetrata anno eodem die 5. Augusti installatus. Pro fundo habet villam Gdecz seu Giecz dictam extincto similiter canonicatu huius fundi ad praelaturam hanc applicatam. Reliqui proventus super marcis et fertonibus, qui ad praesens non sunt in usu, legi possunt, si placebit, in Visitatione Tholibowski eppi. Productis literis formatis idem Archidiaconus Romae ad s. presbyteratum ordinatus d. 25. Maii a. 1767.

Archidiaconus Varsaviensis Christophorus Szembek, dux Sielunen., coadiutor eppus Plocen., provisus Apostolicus 12. Kal. Maii a. 1760 eodemque anno d. 22. Sept. installatus. Haec praelatura habet pro fundo villam Rokitno circa oppidum Błonie et alteram Czaplewo, tum deciman in oppido eodem et villis Kaski, Suszczyce, Parzniewo et utroque Zwola, denique in villis Biskupice et Kopytowo.

Coadiutor eiusdem Ill. Archidiaconi Perill. Rev. D. Onuphrius Szembek, Ecclesiarum Cathedr. Cracovien. et insignis Collegiatae Varsavien. canonicus, 8. Kal. Junii 1774 provisus Apostolicus, die vero 8. Nov. a. 1786 installatus.

Cancellarius Franciscus Nieżychowski, M. O. diaconus, anno 1751 die 22. Mart. installatus. Habet haec praelatura pro fundo decimam in Młynkowo mensae Eppalis, clavis Bukoviensis, vigore eius modernus cancellarius percipere se annuatim allegavit fl. 100. Item habuisse legitur decimam in villa Piersko circa oppidum Kaźmierz. Item fertones decimales de villa Kunino haereditaria ad praesens Mgfcorum Komorowskich castellan. Santocen., tum decimam manipularem in Linie, districtus Costen., respectu cuius circa annum 1510, ut constat ex Libro beneficiorum dioecesis Posn. de eodem anno, solvebantur grossi tres, nihil horum tamen praesentaneus possessor participat. Insuper censetur habuisse decimam in Czerleyno Maiori, respectu cuius a. 1734 inita est complanatio inter Perill. olim Joannem Iwanski, immediatum cancellarium ab una et Franciscum Raczynski, Gnesnen. et Posnan. canonicum qua eiusdem villae regentem, parte ab altera, qua se obligavit is idem Canonicus Raczynski stante sui possessione cancellario Posnan. quotannis per florenos 40 (non praeiudicando successoribus cancellariis) soluturum, post quorum fata moderno possessori denegatur (uti allegat) satisfactio.

Series Canonicorum iuxta Senium.

I-mus Illustr. Dom. Ludovicus Josephus de Mathy, episcopus Thanasiensis, U. I. D., Protonotarius Apost., ecclesiarum Metrop. Gnesn. et Collegiatae Crusvicien. canonicus, Costensis praepositus, senior canonicus, fundi doctoralis Popowo, ex provisione Apost. a. 1749 pridie Nonas Augusti emanata, eodem anno d. 24. Novembris installatus. Huius fundi canonicatus uti iam dictum per olim Andream Szołdrski ep. Posn. extinctus est. Tandem olim Albertus Wasniewicz, med. Dr., satisfaciendo decreto Visitationis olim Tarło eppi summam mille flor. pol. in auctionen huius fundi per se assignatam et Rev. Capitulum acceptatam super synagoga infidelium Iudaeorum Posnan. ad officiosam inscriptionen coram Actis Cast. Posnan. feria V in crastino festi SS. Simonis et Iudae Apost. a. 1733 recognitam locavit et eandem huius fundi canonico medicinae Doctori in perpetuum servituram applicavit. Primitivus fundus huius canonicatus infertur fuisse constitutus super certo proventu ex villa Popowo, quem idem olim Wasniewicz haeredibus eorundum bonorum instituto processu vindicasse in Visitatione Hosiana legitur. An vero aliquod fuerit subsecutum decretum et qualis obloquentia et nexus, eousque incertum. Modernus Eppus de Mathy retentionem omnium beneficiorum supramemoratorum circa expeditionem literarum Apostol. in ordine obtinendae dignitatis episcopalis pro congrua sustentatione suae dignitatis sub d. Romae d. 13 mensis Septembris a. 1779 gratiose obtinuit.

2-dus Canonicus fundi Krzesiny Boguslaus de Oppel Bronikowski, praepositus Valcensis, ad praesentationen S. R. Maiest. tanquam legitimi patroni huiusmet canonicatus per Cels. olim principem Theodorum Czartoryski epp. die 20. Oct. a. 1757 institutus, die vero 5. Dec. anno eodem installatus. Proventus huius fundi, de quibus modernus possessor ob neglectam ab annis fere 150 per antecedaneos vindicationem nihil quidquam percipit, luculenter descripti sunt in visitationibus Tholiboviana, Tarloviana et Hosiana idque in singulis de verbo ad verbum.

Perill. Bronikowski Thiburii die 24. Febr. 1753 ad s. presbyteratum promotus habet etiam dispensationem cum canonicatu retinendi beneficium Valcense procuratam sub d. Romae 3. Kal. Dec. 1757, cuius executio die 22. Maii a. 1758 per olim Josephum Pawłowski, Officialem gen. Posnan., subsecuta.

3. canonicus fundi Zegowo Josephus Korytowski, Metrop. Gnesn. can., iudex surrogatus Posnan., ex canonicatu fundi Spławie, ad quem in anno 1758 installatus, ad canonicatum fundi Zegowo ascendit e,t obtentis literis provisionis Apost. pridie Idus Aprilis a. 1777 cum retentione canonicatus et praebendae Metrop. Gnesnen. ecclesiae emanat., anno eodem d. 26. Maii installatus cum conservatione senii ad nexum statutorum. Pro hoc canonicatu fundata est villa Zegowo penes villam Wysocka prope oppidum Buk, in qua sunt octo mansi possessionati, haecque villa in adaequato statu reperitur. Item habet decimam per villam Wysocka, qua quondam solvebantur tres marcae et totidem fertones, nec non in Nieczayna maldratam per duas metretas tritici et totidem siliginis totidemque avenae et per grossos sex. Item praepositus ecclesiae s. Spiritus extra muros Posnan. sitae solvebat per 17 fertones de sua praepositura, quos tamen proventus alias inveteratos et nusquam in ante vindicatos, lapsu temporum etiam lapsos vindicare olim Perill. et Rev. Szczycinski mediatus possessor non praesumpsit. Huius fundi canonicus habuit olim curiam canonicalem respective ad fundum spectantem extra Summum ex opposito ecclesiae s. Nicolai penes curiam per can. Trzcinski modo possessam sitam cum horto et piscina, qua dudum lapsa sola area plana et locus piscinae nomen fundi retinet. Perill. Korytowski ad s. presbyteratum ordinatus a. 1755 festo s. Adalberti.

4. canonicus fundi Gałowo Caietanus Gliszczynski, praepositus Brodensis, per Cels. olim Czartoryski ep. provisus et canonice institutus, die vero 24. Sept. a. 1759 installatus. De fundo et quibuscumque proventibus nulla in anterioribus Visitationibus mentio. Idem can. Gliszczynski a. 1757 per olim Dobinski, suffrag. Gnesnen., ad s. presbyteratum die 30. Maii ordinatus, super vero retentione beneficii curati in Brody cum canonicatu obtinuit dispensationem Sedis Apost. sub d. Romae apud s. Mariam Maiorem a. 1766 emanatam.

5. canonicus fundi Drożyce Antonius Luba, ecclesiarum in Leszno, dioec. Posnan., et Lanczut, dioec. Praemislien., praepositus, per s. Sedem quarto Idus Julii a. 1760 provisus eodemque anno die 15. Sept. installatus. Ex anterioribus Visitationibus constat, quod de eodem fundo Drożyce, villa quondam Capituli Posnan., de novem mansis solverentur fertones decimales. Item de Piotrowo circa Szamotuły de quinque mansis per sex grossos, item in Tomice de mansis tribus per

fertonem. Item de villa Jeziorki extinctae Societalis Jesu Collegii Posnan. una marca et reliqua, quae esto in Visitationibus describerentur, de aliqua autem eorundem fundorum possessione et usu non probatur.

6. canonicus fundi Rogalino Josephus Glaubicz Rokossowski, vicarius in Spirit. et Officialis generalis Posnan., can. Metrop. Gnesnen., parochialium in Niepart et s. Adalberti extra muros Posnan. praepositus, per Cels. olim principem Czartoryski ep. die 26. Apr. a. 1761 provisus et institutus, die vero 20. Junii eodem anno installatus. Proventus fundi, quos esto modernus possessor non lucretur, illos tamen paucis attingere convenit. — In Rogalino de quattuordecim mansis fertones quattuor, in villa Gądki sub parochia Głuszyn. de sex mansis 10 coreti siliginis et totidem avenae et per quinque grossos. In Wydzierzewice extinctae Societatis Jesu de mansis 11 per duas mensuras siliginis, totidem avenae et ex quolibet manso per quattuor grossos. In villa Lowencino sub parochia Swarzędz de mansis 12 per duas mensuras siliginis et tritici coretos duos, avenae autem tres et per sex grossos. In Szczytniki decima manipularis. Item in utraque Krzesiny per medium cum canonico eiusdem fundi Krzesiny.

Productis literis authenticis D. Rokossowski se ad s. presbyteratum anno 1756 die 1. Sept. per olim Josephun Pawłowski, eppum Niochen., esse ordinatum dispensationemque super retentione canonicatuum Gnesn. et Posn. ac duorum beneficiorum curatorum in Niepart et s. Adalberti d. d. Romae apud s. Mariam Maiorem a. 1771 tertio Kal. Sept. se obtinuisse docuit.

7. canonicus fundi Dopiewo Ignatius Prandota Trzcinski, praepositus Kurzeszynensis in archidioec. Gnesn., provisione Apostolica una cum retentione beneficii Kurzeszynen. sexto Idus Martii a. 1758 obtenta, tandem anno 1761 die 20. Julii installatus, ad s. presbyteratus ordinem in archidioecesi Gnesnen. Skierniewicii anno quo supra 1758 die 3. Sept. promotus. De proventibus huius canonicatus non constat.

8. canonicus Doctor iuris fundi Mosina, electivus. Hic canonicatus fuerat nobilitaris eiusque immediatus possessor fuit olim Perill. can. Łayszczewski, sed per Cels. olim principem Czartoryski epp. mediante consensu Capituli et beneplacito s. Sedis pro altero Doctore iuris ad nexum Constitutionum Regni et Bullae Leonis X., tum Brevis Pauli III. Summorum Pontificum est applicatus. Modernus possessor

D. Martinus Olrych, ad nominationem eiusdem Cels. p. m. Episcopi in Capitulo generali s. Martini a. 1763 electus, die vero 18. Nov. anno eodem installatus. De proventibus fundi ex anterioribus Visitationibus nulla patet informatio. Coadiutor eiusdem canonici Doctoris D. Stanislaus Karonski, impetrata provisione Apost. super coadiutoria a. 1778, die 13. Julii installatus.

9. canonicus Doctor iuris fundi Kazmierz Joannes Maximilianus Iłowiecki, archicath. Gnesn. can., in capitulo sub die 30. Jan. 1764 electus, die vero 6. Febr. anno eodem installatus. Huius fundi canonico vi erectionis incumbit munus concionaturae, ut iam supra scriptum est. Proventus sunt sequentes ex Tholiboviana Visitatione excerpti: Kazmierz oppidum, in quo sunt 30 medii mansi, item advocatiae sex mansi, ex quibus decima provenit, missalia autem plebano in Kazmierz. Item oppidani ex suis 24 mansis mediis solvunt per 14 grossos cmethonales et sadretiales, decimae pecuniariae per 14 grossos. Item in Morawsko per omnes agros cmethonales decima pecuniaria, sunt 30 mansi, ex quorum unoquoque per fertonem. Item in Piątkowo sunt 12 mansi, 4 vero possessionati, qui solvunt per 4 grossos ac 2 mensuras siliginis totidem avenae. Item in Nowawies sunt 6 medii mansi, solvunt per grossos 6. Item in Uchorowo per omnes agros cmethonales fertones. Item in Pacholewo fertones, ex Troianowo solvitur ex omnibus agris per grossos 16. Item molendinum dictum Trzetszewka incorporatum ad canonicatum ipsius, ex quo percipit mensuras 12 siliginis seu eius valorem — hucusque sonat Visitatio Tholiboviana.

Perill. olim Franciscus Wolinski qua canonicus pirmum huius fundi vindivacit nonnullas decimas, uti legi potest in libro possessorio eiusdem canonicatus — videlicet ex oppido Kazmierz, Chlewiska et Brzezno ab anno 1708 ad 1723, ex quibus bonis videlicet Kazmierz marcas 7, ex Chlewiska fl. 17, ex Brzezno tymphones 14 annuatim percepisse devenitur. Post cuius ascensum ad archidiaconatum Sremen. Perill. olim Simon Wosinski trac(ta)tu suae possessionis cum iisdem bonis et aliis iure egit, uti evincunt documenta et relationes authenticae in archivo Capituli existentes. Ex reliquis bonis decimam exsolvi solitam docet idem possessorium, utpote Piątkowo siliginis metretas tres solvit pro 1639 anno, Troianowo pro eodem anno exsolvit fertones decimales, Goslina Templi pro eodem anno marcas 3, Prebendowo pro eodem marcas 4. Quoniam vero hic canoni-

catus est Doctoralis, idcirco modernus can. Iłowiecki produxit diploma super promotione sui ad lauream doctoratus iuris utriusque in alma Universitate Cracovien. d. d. in Collegio Iurisperitorum et Consultorum studii generalis sub die 12. Novemb. a. 1764 in forma authentica obtentum. Circa vero expeditionem literarum provisionis Apost. super obtinendo canonicatu in ecclesia Metrop. Gnesn. d. d. Romae ad s. Mariam Maiorem septimo Idus Novembris a. 1764 obtinuit dispensationem retinendi canonicatum in ecclesia Cath. Posn.

10. canonicus fundi s. Martini collationis Rev. praepositi cathedralis Posn. Huius canonicatus possessor D. Timotheus Gorzenski, supremus Regni referendarius, can. Cathedr. Cracov., provisus a S. Sede Apost. 15. Kal. Sept. a. 1763 et subsequenti 1764 sub die 20. Martii (installatus).

Pro fundo, in cuius possessione actu existit, habet iurisdictionem certam et limitatam in suburbio s. Martini foris Posnan. cum iurispatronatu ecclesiae paroch. ibidem. Incolae huius suburbii solvere solent censum annualem canonico in quota secum accordata. Perill. Rev. Gorzenski cum nobili magistratu Civitatis S. R. M. Posnan. respectu quaestionis et controversiae fundi et attentatarum violentiarum iure agit. Item habet decimam in Gorczyno, villa magistratus Posnan., quae praeviis decretis tam s. Nuntiaturae quam Tribunalis Regni in compositionem canonicam mutata exsolvitur annuatim in quota flor. 45 per dictum magistratum Posnan. Hortulani insuper circa ecclesiam s. Martini degentes solvere tenentur per tres grossos et duos pullos in recognitionem dominii.

11. canonicus fundi Rogozno Melchior Gurowski, praepositus Metrop. Gnesn., ordinis s. Stanislai Eques, Officialis generalis Gnesn., per Cels. olim principem Czartoryski sub die 4. Maii 1764 provisus et institutus ac in Capitulo septimanali sub die 8. Oct. anno eodem installatus. De proventu huius fundi antiquiores Visitationes non docent.

12. canonicus fundi Dalabuszki Antonius Wilkanowski, archicolleg. Lancicien. custos, ecclae paroch. Drużynen. in Archidioecesi curatus, ex provisione Apost. de anno 1765 Kal. April. una cum dispensatione super retentione custodiae et beneficii Drużynen. obtenta, anno eodem d. 17. Junii installatus. Proventus huius fundi pene incerti et hi ex anterioribus Visitationibus tantum depromuntur, videlicet ex Dalabuszki una marca ex duobus mansis. In Międzyborze de 6

mansis 6 fertones. In villa Ossowo de tribus mansis tres fertones. Denique ex Stankowo de manso possessionato et Stazyce prope Szczodrochowo decima. Produxit literas ordinationis sui ad s. presbyteratum, quod alias ad eundem ordinem promotus esset Lovicii die 1. Nov. anno 1733.

Coadiutor Franciscus Czechowski, praep. Kozminen., obtenta provisione Apost. super coadiutoria canonicatus huius fundi, die 2. Januarii a. 1781 installatus.

13. canonicus fundi Jankowo Doctoralis Andreas Reptowski, S. T. D., archicolleg. Lancicien et paroch. in Osiecko ecclesiarum praepositus, in Capitulo sub die 18. Aprilis anno 1780 electus et die 4. Julii eodem anno installatus. Pro dote habet villam Jankowo sub parochia in Uzarzewo sitam cum molendino aquatico cum imposito sibi circa erectionem dicti canonicatus munere concionandi in ecclesia Cathedr., ut supra dictum est.

Ad s. presbyteratus ordinem promotus est per Andream Młodziejowski, eppum Posnan., a. 1770 Dominica inmediate fest. ss. Petri et Pauli praecedenti. Produxit diploma promotionis suae ad lauream doctoralem in Theologia d. 3. Apr. 1782 Cracoviae datum. Literis vero authenticis s. Sedis Apost. docuit, quod terminus sibi ad adipiscendam eandem lauream doctoralem ex motivis ibidem expressis sit prorogatus. Insuper produxit literas Apost., quibus dispensatus est ad retinendum canonicatum praesentem cum praepositura Archicolleg. Lancicien. et parochialis ecclesiae in Osiek d. d. Romae 1780 undecimo Kal. Maii et die 5. Junii 1780 executas.

14. canonicus fundi Dokowo Ignatius Wyssogotta Zakrzewski, ad s. presbyteratum per Ill. olim Vladislaum Walknowski, suffr. Posn., d. 24. Junii 1769 ordinatus, Mederecen. et Skorzevien. praepositus, per olim Andream Stan. Kostka Młodziejowski epp. die 21. Juli 1770 provisus, institutus et installatus eodemque anno d. 6. Aug., per Sedem Apost. super retentione beneficiorum curatorum Mederecen. et Skorzevien. cum canonicatu Cath. Posn. sub d. Romae apud s. Petrum a. 1776 pridie Kal. Martii dispensatus. De fundo nihil participat, qui in Visitationibus anterioribus legitur, utpote ex villa Suche Dokowo solvi debent fertones 13 de totidem mansis. Ex Strampino ex medio manso grossi 18, ex villa Niemierzyce de 5 mansis possessionatis sexagena.

15. c a n o n i c u s D o c t o r f u n d i S t u d z i n i e c J a c o b u s d'O b y r n, praep. in Pruzana dioec. Luceorien., ad s. presbyt. Varsaviae per Josephun Kierski, suffr. tunc Posn., a. 1762 d. 18. Sept. ordinatus. Qui exhibuit etiam diploma promotionis suae in Universitate Zamoscensi ad lauream doctoratus in utroque iure sub d. Zamosci d. 3. Maii a. 1769 coram actis Consistorii Gener. Varsavien. anno eodem oblatuatum, tum literas dispensationis sui super retentione ecclesiae paroch. in Pruzana cum canonicatu praefato Doctorali sub d. Romae apud s. Mariam Maiorem a. 1771 obtentas, provisione Apost. super coadiutoria canonicatus huius fundi Romae septimo Kal. Maii a. 1768 impetrata, die 5. Julii eodem anno installatus. De proventu huius fundi in anterioribus Visitationibus nulla mentio praeterquam in immediata Ill. Hosii eppi, quod alias Perill. olim Joannes Krall, can. coadiutor huius fundi, proventus vindicare intenderit et processum eo fine instituerit.

16. c a n o n i c u s f u n d i G o d z i e m b a A d a l b e r t u s W ę ż y k, Collegiatarum Lascen. decanus, Lovicien. canonicus. Ex provisione Apost. super coadiutoria canonicatus huius fundi obtenta anno 1762 die 15. Nov. installatus, tandem post obitum sui coadiuti olim Stan. Lezenski in actualem possessionem receptus.

Hic canonicatus collationis est familiae Godziembarum et habet sibi annexam residentiam inferius describendam. Habuisse dignoscitur de mensa Capituli 12 sexagenas, ex quibus duos flor. polon. Collegio vicariorum Cathedr. annuatim contribuere tenebatur, ad praesens flor. pol. 16 ex censu annuo a summa super bonis Komorniki locata pro eodem determinata percipit.

17. c a n o n i c u s f u n d i W y s k o ć S t a n i s l a u s M o r a w s k i, ecclae in Dąbrowka sua patrimoniali curatus, provisus Apost. super Coadiutoria huius canonicatus decimo Kal. Oct. anno 1766, installatus vero anno subsequenti 1770 die 12. Martii. Huius canonicatus extat in Libro privilegiorum erectio in anno 1366 subsecuta, sub N. 105 inducta. Habet pro fundo incorporatam ecclesiam paroch. in Wyskoć cum omnibus proventibus, ad quam praesentatio vicarii perpetui etiam pertinebat. Tandem anno 1773 ad postulationem Mgfci Stanislai Chłapowski, castellani Mederecen., bonorum Wyskoć haeredis, ex occasione de novo extruendae per eundem ecclesiae praevio consensu Capituli canonicus de iure praesentationis cessit, salvo tamen consensu et approbatione Lociordinarii, eppi Posn., impetranda, tum salvis

proventibus ex vi erectionis canonico fundi dicti Wyskoć praecustoditis in toto remanentibus. Ratione autem proventuum, decimarum et fertonum ex praefato beneficio canonicum concernentium inita est complanatio inter olim Joannem de Zbarasz Korybut Woroniecki, huius fundi immediatum possessorem, ab una et Anastasium Prolewicz, protunc vicarium perpetuum, ab altera partibus, sub d. 28. Nov. 1750 a. subsecuta et per olim eppum Czartoryski die 1. Martii a. 1751 approbata, actis Consistorii Posn. sub die 31. eiusdem mensis a. 1757 oblatuata. Qua complanatione ad evitandas continuas lites inter canonicum et vicarium suscitatas cautum est, ut omnes proventus in posterum vicario inservirent cum onere conservationis in adaequato statu ecclesiae ac aedificiorum plebanalium et in recognitionem fundi dicti canonicatus quotae flor. 50 polon. quotannis canonico per vicarium exsolvendae, exceptis tamen decimis ex villis Choryn, Wronowo et medietate villae Gołębino ordinatione olim Joannis, eppi Posnan., in anno 1366 canonico huius fundi assignatis, soli canonico dicta complanatione reservatis. Modernus possessor de praefatis proventibus nihil adhuc participat, caeterum iure vindicare intendit in casu denegandae satisfactionis.

18. canonicus fundi Ostrowo Ignatius Raczynski, iudex surrogatus Posnan., praepos. Brodnicensis, provisus Apostolicus die 15. Febr. anno 1776 una cum retentione beneficii Brodnicen. eodemque anno die 3. Junii installatus. De fundo huius canonicatus nihil quidquam constat.

19. canonicus fundi Przysieka Antonius Kołaczkowski, can. Metr. Gnesn., provisus Apost. a. 1777 die 13. Jan. installatus, 24. Sept. a. 1765 ad presbyteratum ordinatus, in literis provisionis Apost. super obtinendo canonicatu in Eccl. Metrop. Gnesn. dispensationem retinendi can. Cath. Posnan. obtentam habet.

20. canonicus fundi Spławie Fabianus Mączynski, archidiac. Lancicien., anno 1776 die 12. Kal. Apr. provisus Apost., die vero 14. Sept. 1778 installatus. Ex quo fundo percepisse legitur de 34 mansis et ultra de quolibet per tres mensuras siliginis, unam tritici et duas avenae atque grossos sex. Item de Jasienie sub parochia Swarzędz decimam manipularem, item de Szczepankowo ex quolibet manso per unum fertonem, denique maldratam de Kobylepole, caeterum plus quam a centum annis proventus hi nullibi leguntur vindicati.

21. canonicus fundi Winiary Martinus Kotarbski, praep. Colleg. D. M. Magdalenae in Civitate Posnan., per olim Młodziejowski ep. die 2. Jan. a. 1779 provisus et institutus, die vero 18. mensis et anni eiusdem installatus. Super retentione vero praposíturae in eccl. colleg. D. M. Magdalenae et ecclesia Gluszynen. eidem Collegiatae affiliata cum praefato canonicatu Cath. per Sedem Apost. sub d. Romae apud s. Petrum a. 1778 17. Kal. Aprilis dispensatus.

Pro fundo habuit in ipsa villa Winiary fertones decimales per mansos scultetiales et cmethonales, in quorum possesione sub actu Visitationis Jll. Tholibowski canonicus huius fundi extiterat, et ratione dictorum fertonum protunc solvebatur eidem annuatim per flor. 30, ad praesens nihil quidquam. Item ex villa Łukowo circa Oborniki medietatem maldratarum post scultetos et cmethones, videlicet de quolibet manso per tres metretas siliginis et totidem avenae, alia vero medietas pertinuit ad canonicum fundi Nagradowice, quos proventus nunc vindicare post tot lapsa tempora adeo est difficile.

22. canonicus fundi Chwałkowo Adalbertus Strzelecki, praep. Granovien. dioec. Posnan., provisione Apost. 13. Kal. Maii anno 1765 super coadiutoria canonicatus et praebendae fundi Chwalkowo una cum retentione beneficii Granovien. obtenta. Anno eodem sub die 25. Junii installatus, anno vero elapso 1780 post resignationem huius canonicatus per Rev. Dąbrowski coadiutum factam actuali possessione potitus, virtute Bullarum Apost. d. d. Romae septimo Idus Januarii a. 1779 emanatarum, salva pensione eidem Perill. Dąbrowski iisdem literis Apost. praecustodita et per Jll. Strzelecki annuatim solvenda.

Canonicatus hic habet pro fundo decimam manipularem in dicta villa Chwałkowo, ratione cuius olim Rev. Hyacinthum Tarnowski obtinuisse decretum in iudiciis Tribunal. Regni anno 1645 in Visitatione Tholiboviana legitur. Item in villa Sniecisko, Capituli Gnesnen., marcas tres, tum in villis Brzostowo et Włosciewice fertones hos modernus canonicus huius fundi possessor. Decimas de Chwałkowo, quamprimum decretum illud Petricovia sibi transmissum fuerit, iure vindicare in animo habet.

23. canonicus fundi Łęki Thomas Ostaszewski, coadiutor Cancellarius Varsavien. et praepos. Uchanensis, anno 1770 d. 4. Nov. Varsaviae ad s. presbyteratus ordinem per Andream Stanislaum Kostka, eppum Posnan. et Varsavien., su-

premum Regni Cancellarium, promotus, anno 1780 sexto Nonas Maii provisus Apost. eodemque anno die 17. Julii installatus. Fertones de utraque villa Łęki, tum de Wilkowo, Ptaszkowo et Gościeszewo quondam habuisse decimales legitur.

Coadiutor Perill. Iłowiecki canonici Mathaeus Zymchanowski, provisus Apost. sub tractu Capituli gener. SS Petri et Pauli anno currenti 1784 installatus.

Eques Melitensis Commendoratus Posnan. ordinis s. Joannis Hierosolimitani vi erectionis suae habet stallum in choro a parte dextra seu a cornu Epistolae immediate post Praelatos et ante Canonicos. Commendator Posnan. omnino tenetur installari, prout docet eadem erectio et possessorium ab anno 1567 non interruptum usque ad annum 1749, quo Religiosissimus olim Bartholomaeus Stecki sub die 25. Febr. installatus est. Vi cuius praerogativae tenetur fovere vicarium in ecclesia Cath. Posnan., qui cum aliis vicariis Cathedr. onus chori supportet. Is idem Religiosissimus olim Stecki Commendator, cum dictae obligationi satisfacere renuisset, Capitulum tuendo ius suum eidem in Tribunali s. Nuntiaturae, tandem in Urbe processum instituit, ubi subsecuto decreto et sententia definitiva, prout iuris processus in archivo Capitulari asservatus luculentissime edocet, volens nolens installatus est et vicarium constituit, quo post aliquot annos e vivis sublato in locum eius amplius alium constituere iterum recusavit, et ad praesentem diem nullus est provisus. Modernus Religiosissimus D. Martinus Miaskowski commendator nuper est installatus et vicarium in ecclesia Cath. fovet.

Deducitur etiam ex statutis Capitularibus post indicem folio 19 et 20 Abbates claustrales ordinis s. Benedicti monasterii Lubinensis, dioec. Posnan., per privilegium Jll. olim Andreae de Bnin, eppi Posnan., et Capituli stallum suum in choro a parte sinistra post Canonicos habuisse, uti patet ex installatione Religiosissimi olim Floriani abbatis die 1. Julii anno 1529.

Canonici adiuncti, qui cum Lociordinario iuxta praescriptum sacrosancti Concilii Tridentini causas occurrentes decidere debent, quotannis eligi solent idque semper in Capitulo septimanali primo post festum Circumcisionis Christi Domini, uti quidem pro anno currenti electi et constituti sunt Rev. Boguslaus Bronikowski et Josephus Korytowski, canonici Cath. Posnanienses.

In receptione Praelati vel Canonici primo intrantis sicuti titulo iucundi ingressus et Cappalium solvendae certae quotae ab antiquo introducta est consuetudo, quod probatur continuo usu et statutis Capitularibus antiquis folio 19 et 50, tum Visitatione Lubinsciana de anno 1628 in Libro statutorum expressis, ita eousque observari solet. Praelatus itaque installandus solvit nomine Cappalium aureos hungaricales 15, Canonicus autem 10 vigore decretorum Capituli et potissimum ultimi generalis s. Martini anno 1745 lati. Item pro iucundo ingressu sive sit Praelatus sive Canonicus aureos hung. 15. Quarum utraque summa ad nexum praefatorum decretorum convertitur pro necessitatibus sacristiae ecclesiae huius Cathedr. et ad manus Perill. Custodis Cathedr. pro tempore existentis reponitur eroganda salvo calculo de perceptis et expensis per eundem suo Capitulo, quando ei visum fuerit, praestando. Item pro distinctoriis quilibet installandus solvit aureos hung. 12 vigore decretorum in Capitulis generalibus s. Martini a. 1738 et 1745 subsecutorum, et hoc quantum applicatur massae thesauri ecclesiae pro auctione salariorum capellae musicorum aut aliis quibusvis cultus divini promovendi necessitatibus. Insuper neoinstallandus solvit clero Cath. tituli pariter iucundi ingressus (qui ad pulsum campanae actui installationis publico superciliatus assistere tenetur) aureos hung. 5 vigore decreti Capituli gener. ss. Petri et Pauli a. 1752, denique ex antiquo usu et consuetudine solvit vicariis Cathedr. tynphones 60, psalteristis flor. polon. 12 nec non secretario aureos hung. duos, notario proventuali fl. 8, sacristiano fl. 8, musicis pro lusu instrumentorum circa installationem aureos hung. duos, pauperibus fl. 6, campanatori fl. 6 et pueris flor. 6. Super qua ordinatione pronuntiatum decretum in Capitulo gener. ss. Petri et Pauli 1729.

Canonicus qui vocatur caecus antiquitus more aliarum ecclesiarum Cathedr. constitutus est. Cuius reditus non in una semper eademque quota determinati, sed cum aliis Canonicis praesentibus ad Cathedram pro diversitate numeri praesentium quoad solas refectiones vigore statutorum parte secunda folio 169, 300 et 319 quotidianas constituti. Illius reditus pro tuendis iuribus et omnibus litis expensis fuerunt et sunt determinati ad nexum decreti Capituli gener. ss. Petri et Pauli anno 1740 lati, ita tamen, ut eorum percepta inter alias perceptas massae capitularis numeretur et collocetur, et litis expensae inter communes pariter expensas eandem massam efficientes, distinctim

tamen expressae connotentur, de quibus statuto calculo die quotannis per Perill. Procuratorem redditur ratio.

Massa grossa Rev. Capituli

consistit in reditibus bonorum mensae Capitularis, quae sunt sequentia:

1. Clavis Głuchowiensis complectens villas Głuchowo cum praedio parvo, Gołuski cum praedio, Junikowo cum praedio, Fabianowo sine praedio, Puszczykowo cum vili praedio.

2. Villae Lissowki et Skrzynki cum exiguis praediis, Trzcielino constans colonis 4, qui censitare solent. In omnibus his villis nullibi est silva praeter in Puszczykowo.

3. Clavis Mrovinensis constans 4 villis, videlicet Mrowin, Przybroda, Kokoszczyn cum praediis et Kobelniki sine praedio.

4. Clavis Wielichoviensis, scilicet oppidum Wielichowo, Dębsko, Trzcinica, Lubnica, Grodowice villae cum praediis. Gleba huius clavis nimis arenosa.

5. Villa Konojad cum praedio et Rogalinek, villa quondam praestimonialis, tandem in anno 1775 virtute decreti Capituli gener. ss. Petri et Pauli pro villa mensuali Lechlino mutata.

Massa Capitularis consistit etiam in perceptione censuum a nonnullis summis Capitularibus super bonis terrestribus haerentibus, ut in serie summarum originalium describetur. Item Capitulum habet sibi incorporatas binas praeposituras, videlicet Rogoznensem et Mszczonoviensem, primam per Ser. Vladislaum IV, regem Poloniarum, in anno 1633 sub d. Cracoviae in conventu coronationis sub episcopatu Jll. Nowodworski, uti constat ex Libro privilegiorum pag. 93 corco albo compacto, ad quam praeposituram constitutus est vicarius perpetuus a. 1647, ut patet ex libro metrices pag. 13, cum omnibus fructibus, reditibus, decimis, missalibus, fertonibus, agris, pratis ab antiquo spectantibus eidem applicatis, exceptis villis Laskowo et Zolęcino, quas Capitulum sibi reservavit cum usufructu et possessione pacifica, quae tamen villae pro praestimonio optando conversae sunt, et earundem regens vigore optionis quotannis per 200 fl. pol. pro fabrica ecclesiae Rogoznensis contribuere tenetur, alteram Mszczonoviensem in anno 1505 sub Actum in conventu Radomiensi gener. fer. III. infra Oct. ss. Corporis Christi, ubi per privilegium Ser. Alexandri regis cum iure patronatus ecclesia haec Mszczonoviensis Capitulo Cath. Posn. donata in perpetuum cum omnibus proventibus et

pertinentiis in oppido Mszczonowo et decimis in terra Masoviensi et districtu Sochaczeviensi idque pro augmento mensae Capitularis adiecta obligatione, ut quolibet anno pro anima dicti Alexandri regis officium defunct. seu Anniversarium absolveretur, uti quidem quolibet anno sub tempus Capituli gener. s. Martini absolvitur per Dnos et clerum Cathedr., quae donatio et incorporatio tandem anno 1508 sub d. Romae apud s. Petrum per Julium papam approbata. Proventus vero pro vicario perpetuo Mszczonoviensis ecclesiae in actu constitutionis eiusdem vicarii in anno 1510 fuse sunt descripti. Praeter decimas per Seren. olim Alexandrum regem donatas habet insuper decimas per Seren. Vladislaum, ducem Masoviae, a. 1446 sibi in ducatu Masoviae collatas ac per Ser. Sigismundum Augustum, regem Poloniarum, approbatas ac alias per Eppos Posnan., potissimum Joannem Lubranski Capitulo cessas et applicatas, quorum privilegia in archivo Capituli conservata possessionem earundem stabiliunt. Ex tenuta praefatarum decimarum solvuntur quotannis 1000 tynphones.

Ex massa proventuum expenditur pro deservitionibus Dominorum, pro refectionibus quotidianis, consolationibus, septimanis et panibus. Nomine praesentiarum intelliguntur solae refectiones quotidianae et panes, quibus potiuntur ii, qui reputantur pro praesentibus, alias tam actualiter residentes quam absentes tam diu, donec menses vacationum expediverint. Nomine interessentiarum veniunt consolationes, anniversaria, septimanae et aliae passim obventiones, quae requirunt actualem et corporalem praesentiam exclusis omnibus absentibus, nisi forte aliquis functione publica fungeretur, ut iudex deputatus ad Tribunal Regni, commissarius bonorum Capitularium et morbo detenti ad Cathedram decumbentes aut is, cui ex speciali gratia Capitulum interessentias ad aliquod tempus concederet, quod rarissime fit.

Rationes proventuum omnium et singulorum calculantur die quarta mensis Novembris in praesentia Praelatorum et Canonicorum capitulariter congregatorum, et hic dies pro expediendo calculo est ab antiquo designatus. De eiusmodi rationibus et quietatione supra dictum est titulo »Procurator«. Regestra priora omnia, cuiuscunque importantiae sint, ad hanc usque diem solent esse revisa et sopita, quia calculus habere debet praefixum terminum ideoque nullatenus, nisi urgentissima causa contrarium postulaverit, potest intermitti.

Bona mensae Capitularis per procuratorem non administrantur, sed specialiter e gremio Capituli electus et constitutus generalis Commissarius plenariam omnium bonorum Capitularium habet praecommissam sibi administrationem. Calculum in Capitulo gener. ss. Petri et Pauli per eundem praestandum praecedunt revisiones bonorum per personas Capitulares ad id specialiter delegatas, qui delegati condescendendo ad bona regestra praeprimis proventuum et expensarum lustrare, si quid in eisdem devium animadverterint, connotare, fundos praediales omnes revidere, de statu rei oeconomicae et administratione scribarum inquirere, villanos omnes convocare et eorum desideria aut iniurias exaudire, reos alicuius excessus aut increpare aut punire aut ad Capitulum pro ratione circumstantiarum deferre soient. Tandem quarta die Capituli generalis praedicti expeditur in loco Capitulari calculus generalis, tractantur materiae rem oeconomicam et bonum Capituli afficientes, de eodemque praestito calculo, tum perceptis et expensis subsequitur Commissarii quietatio. Ad praesens constitutus Commissarius Perill. Adalbertus Strzelecki, can. huius ecclesiae, qui per spatium plus quam 13 annorum pro bono mensae Capituli etiam temporibus calamitosis et hostilibus hoc grave onus sustinens, dignam profecto meruit omnium personarum Capitularium gratitudinem.

Commissarius solet sibi eligere scribas et oeconomos, quos ipse sciverit aut Capitulum proposuerit esse timoratae conscientiae et rei oeconomicae gnaros. Regestra seu inventarium bonorum mensae Capitularis quotannis conscribitur et in archivo Capituli in libris compactis asservatur.

Explicat(i)o proventu(s) massae grossae de eiusque expensis innuere congruum est, praeter massam communem constitutum esse insuper thesaurum ecclesiae, cuius administrationem Perill. Thesaurarius in Capitulis generalibus ss. Petri et Pauli quotannis eligi solitus habet praecommissam et singulis annis ante electionem de perceptis et expensis coram Dnis delegatis praestat calculum de eodemque actis capitularibus quietatur. Ad praesens electus est Perill. Rev. Miaskowski, praep. Cathedr.

Thesaurus ecclesiae consistit in perceptione censuum a summis quibusdam specialibus variarum fundationum, videlicet Jll. Gorkow et Andreae Szołdrski Epporum, tum fundationis Noskovianae nec non concernentiae ab installationibus, ut supra dictum est, et ab optionibus villarum praestimonialium vigore

statuti fol. 288 et 309 titulo iucundi ascensus; quilibet optans solvit ad thesaurum aureos hungar. duos.

Enucleatio proventus thesauri et expensae.

1. Summa originalis 50 000 fl. p. de bonis Brudzewo per Mgf. Theophilam Potulicka, capitaneam Borzechovien., deportata et per Capitulum super bonis Krzekotowice Mgf. Nepomuceni Mycielski, capitanei Osnicen., haereditariis locata, prout transactio inter seriem generalem summarum specificata edocet, fundationis olim Jll. Andreae Szołdrski, eppi Posnan., a qua summa originali ad praesens percipitur census per 5 in quota	2500 fl.
2. Summa Noskoviana 13 000 fl. de bonis Bartlin levata et super eisdem bonis Krzekotowice sub eodem actu locata et recognita, a qua census annui .	650 „
3. Summa 6000 fl. pol. fundationis Capituli pro auctione salarii musicorum super bonis Przetoczna locata, inscriptio ut infra in cathalogo summarum, census	300 „
4. Summa 1000 f. p. fundationis eiusdem Capituli pro eadem auctione super bonis Piotrowice inscripta, census solvitur hucusque per 5 in quota .	500 „
5. Summa 28 000 fl. p. fundationis Gorkanae super bonis Chaławy possessionis olim Mgf. Adami Saryusz Zakrzewski, subdapiferi Calissien, locata, a qua census ab anno 1771 usque ad annum 1781 inclusive retenti, ob inonerationem substantiae subsecuta condescensione potioritatis et decreto eiusdem emanato adiudicati sunt, pro anno vero currenti 1781 ad festum venturum s. Joa. Bapt. possessor sortis in rem Capituli traditae solvit arendam respective a summa 28 000 fl. per medium a 100 provenientem in quota . . .	980 „

Expensa censuum fundationalium fundationis Szołdrscianae:

Septem presbyteris communiter vocatis Angelistis, qui votivam de Angelis quotidie Gregoriano cantu absolvunt, a fl. 100 facit . . .	fl. 700
Organario pro praeludio sub tempus eiusdem votivae	100
Seniori Angelistae pro attendentia . .	20
Pro capella musicorum in ecclesia Cath. .	830
Pauperibus ad hospitale s. Laurentii pro vestimentis	150

Pauperibus ad hospitale pro vestimentis . .	150
Mansionariis cursus Beatae . . .	250
Professori seu praefecto Bursae Szołdrscianae .	150
Pro Anniversariis duobus eiusdem Eppi .	150
Summa	fi. 2500

Sed cum quota 830 fl. pro musicis non sit sufficiens, ideo tam ex auctione Capituli quam ab optionibus superadditur iisdem quotannis quota 1200 fl., siquidem pro unoquoque quartuali fl. 500(?), insuper calcator fl. 32 et cantor secundus pro cantu chorali fl. 100 annuatim.

2. Fundationes Noskovianae. Gnosus olim Joannes de Marszelewo Noskowski inito contractu cum Capitulo sub d. 30. Junii a. 1650 Posnaniae 10000 fl. in personas Capituli transfudit et alteram 3000 fl. cum obligatione, quatenus census a summa prima pro tribus minorennibus familiae Noskovianae in aliquibus scholis operam navantibus, potissimum, qui ad statum spiritualem aspirent, quotannis solveretur, censum vero ab altera summa 3000 fl. Capitulo pro protectione assignavit. Satisfit huic fundationi eousque. Gen. quippe Stanislaus Noskowski pro educatione duorum filiorum recipit in duabus partibus fl. 333 gr. 10. Generosa vero Catharina de Polewskie Noskowska praevio decreto Tribunalis Regni pro educatione filiae percipiebat in annum 1778 ad festum natale s. Joa. Bapt. in tertia parte fl. 166 gr. 20. Sed cum iam matrimonio copulata fuerit, tertiam etiam partem Gen. Stanislaus Noskowski recipere intendit.

3. Fundationis Gorkanae. Ordinatio in Capitulo gener. ss. Petri et Pauli facta a. 1727 ex censu tunc proveniente, videlicet:

Pro anniversariis octo, quae singulis feriis quartis et sextis Quatuor temporum absolvuntur a fl. 81 .	fl. 648
Altaristis Gorkanis, Secretario Capit. et uni Paenitentiario	210
Ad ecclesiam Kurnicensem pro vino et cera . .	38
Pro Anniversariis quatuor ibidem . . .	24
Pro missis duabus qualibet septimana ibidem absolvendis	100
Pauperibus ibidem	40
Ad ecclesiam Sierakoviensem pro Cursu . .	210
Ad hospitale ibidem	40
Ad Xenodochium pauperum mendicantium in Mieyska Gorka	40
Pauperibus in ecclesia Cathedrali pro Coena Domini	10

Nunc expenditur ad proportionem census provenientis.

Menses vacationum duos personae Capitulares habent, Amicorum et Vindemiarum, iuxta usum antiquum et statutum a. 1627 fol. 367. Mensem Vindemiarum in Capitulo gener. ss. Petri et Pauli, Amicorum in gener. s. Martini actu praesentes lucrantur, ita tamen, ut si quis Capitularium aliqua die tractu Capituli gener. in stuba Capitulari defuerit, integro mense Vacationum gaudere nequit, alias qualibet die absentiae suae quatuor dies de eodem mense amittit. Item iuxta statutum anni 1605 fol. 301 et decretum Capituli gener. ss. Petri et Pauli a. 1744 latum ultra menses vacantium abscedentes sequentis diei post discessum potiuntur praesentiis quoad ipsas et solas refectiones et panes. Item ex antiquissima consuetudine demortuus Praelatus vel Canonicus ad Cathedram habet post obitum gratiarum mensem unum quoad refectiones et panes, idque pro suffragio animae eiusdem. Primis illis mensibus vacationum Capitulares continuatis aut interpellatis uti possunt pro suo velle.

Ultra dies pro deserviendis distributionibus designatos et praefixos tenentur et solent Praelati et Canonici adesse diebus Dominicis et festivis processioni, missae convent. et concioni, prout sonat decretum Capituli gener. s. Martini a. 1612 in Libro statutorum fol. 319 expressum et statutum octavum fol. 5, tum Vesperis in festis solennioribus.

Summae originales tam massae Capitularis quam fundationum sub regimine Capituli super bonis terrestribus locatae.*)

In Borzeiewo in districtu Pyzdren. Mgf. Korytowski, subiudicis terr. Gnesn., ad praesens haeredit. Ex documentis patet super iisdem bonis fuisse summam ad varias seorsivas inscriptiones simul iunctam fl. 3526, tandem decretis condescensionum et potissimum a. 1760 ad summam fl. 1976 reductam, a qua quidem restanti summa census ab annis circiter 28 non solvuntur, iure ab annis tribus vindicantur, cuius ratione causa pendet in Tribunali Petricovien. agitanda.

Chalawy in distr. Vschoven. Mgf. olim Adami Saryusz Zakrzewski, subdap. Caliss., haered. 28000 fl. act. castr. Posn. fer. VI. post festum Visitationis BMV. a. 1768 inscripti.

Drzazgowo in distr. Pyzdren. possessionis Gen. Xaverii Łukomski 3000 fl. in castr. Posn. fer. IV. post Dom. Laetare a. 1763 inscript.

*) Ordinationes illarum summarum omittuntur.

G ł u p o n i a in distr. Posnan., possessionis olim Gen. Josephi Urbanowski, fl. 10100 act. Castr. Posnan. fer. VI. post fest. Visitationis BMV. anno 1751 inscripti.

G r a n o w o distr. Costensis, Mgf. Vladislai Gurowski, supremi Mareschalci M. D. Lith., advitalitii domini et possessoris, 2810 fl. in Castr. Posnan. fer II. post Dom. Misericordiae a. 1683 inscripti.

G r o ń s k o distr. Posnan., summa 20000 fl. primo de Tuchorza a. 1726 levata et in Jaromierz translata, cui adiunctae sunt summae aliae compillatae de Chrząstowo, Radzewo, lapidea Swarczewska et Krobskich in quota fl. 2000, igitur totalis erat 22000 fl. posterius super bonis Grońsko locata act. Castr. Posnan. fer. II. post fest. s. Lucae a. 1752 inscripta. Cuius medietatem Mgf. Łącki, succamer. Brzesten. Cuiaviae, deportavit, ut fusius quietatio in eodem Castro fer. V. post fest. Exaltationis s. Crucis a. 1762 edocet. Manet altera medietas ad Mgf. Jacobum Komorowski, castell. Rospiriensem, sese referens.

G w i a z d o w o distr. Posnan. prope Paczkowo, possessionis Gen. Francisci Szczaniecki, summa 1000 fl. inscript. in Castr. Posn. fer II. post s. Margaretham a. 1627.

Item super iisdem bonis summa 200 marcarum efficit fl. 320, inscript. in eodem Castro fer III. post fest. Ascensionis Domini a. 1533.

G o l a distr. Costen, possessionis Mgf. Annae de Bninskie Radolinska, olim Mgf. Radolinski succameraridae Vschoven. consortis relictae viduae, summa 4000 fl. inscr. in Castro Posn. fer. V. post fest. s. Bartholomaei a. 1723.

J a n k o w i c e distr. Posn., possessionis Mgf. Ignatii Twardowski, palat. Lublin., summa 755 aureorum hungar. in castro Posn. in crastino festi s. Michaelis a. 1567 inscripta. Solvendus census fl. 380.

J a n o w i e c in distr. Gnesn., summa de bonis Zytowiecko levata fl. 60000, inscripta contractu obligatorio inter Mgf. olim Adamum Skoraszewski, castell. Premeten., et Capitulum a. 1750 inito in Castro Posn. fer. III. post fest. OOSS. a. 1750. — Arendae a dicta summa ultra 14 annos non solvuntur, ideo Capitulum instituit processum et designata est condescensio potioritatis, cuius Capitulum uti actor principalis in primo termino circiter 2500 erogavit litis expensarum, necdum tamen continuata. Igitur cum sint summopere inonerata haec bona, nihil plus Capitulum se lucraturum quam summam originalem sperat.

4

Jurkowo distr. Costen., possessionis ad praesens Mgf. Stanislai Rogalinski, primo summa 4000 fl. inscr. in castro fer. II. post Dom. Cantate a. 1713, secundo summa 2786 fl. inscr. coram act. Costen. fer. IV. post fest. s. Margarethae a. 1709, item summa 8000 fl. rocognita coram act. castr. Posnan. a. 1779 mense Januario.

Jeziora Lubonice, possessionis ad praesens Cels. Calixti principis Poninski, generalis exercituum Regni, primo summa fl. 1000 inscr. in castro Posn. fer. II. post fest. s. Margarethae a. 1667, altera summa fl. 3700 inscr. ibidem in vig. festi s. Thomae a. 1680, tertia denique 2000 fl. inscript. sub eodem actu et feria.

Koszuty, possessionis Mgf. Josephi Zablocki, capit. Trebisławien., in distr. Pyzdren., summa 2400 fl. inscr. in castro Posn. fer. II. post festum s. Francisci C. a. 1743.

Kobylepole distr. Posn., summa 12 000 fl. act. cast. Posn. fer. VI. post fest. s. Paschatis a. 1779 inscr.

Komorniki distr. Posn. prope Tulce, possessionis Mgf. Thaddaei Korytowski, venat. Caliss., primo summa fl. 20 000 inscr. contractu obligatorio act. cast. Posn. fer. V. post fest. s. Margarethae a. 1750, secundo summa 5000 fl. inscr. in cast. Posn. in vigilia Assumpt. BMV. 1754, tertio summa fl. 12 000, alias 10 000 fl. de Studzieniec levata, altera vero 2000 fl. fundationis Morawscianae inscript. in cast. Posn. 1774.

Krzycko distr. Wschoven., possessionis ad praesens Mgf. Stanislai Krzycki, vexilliferi Wschoven., summa 3000 fl. inscr. in cast. Posn. fer. III. ante fest. s. Viti et Modesti a. 1701.

Kaźmierz, oppidum in distr. Posn., possessionis Gen. Boguslai Moszczenski, summa 1100 fl. inscript. in cast. Posn. fer. II. post f. s. Aegidii a. 1585, ibidem summa 100 marcarum efficit fl. 160 inscr. ibidem fer. II. in crastino festi natalis S. Joa. Bapt. a. 1611.

Krzyszkowiec, quodam Societ. Jesu Collegii Posn., nunc ad thesaurum Commissionis Educationis spectat, summa marcarum 100 inscr. in cast. Petricovien. fer. VI. post Dom. Oculi a. 1538.

Krzekotowiec, haereditaria Mgf. Joa. Nepom. Mycielski, capit. Osnicen., in distr. Costen., summa totalis 76 800 fl. inscr. contractu obligatorio act. castr. Posn. fer. II. in vigilia fest. s. Bartholomaei a. 1773. In hac tota summa continentur summae particulares: primo summa fl. 50 000 de bonis Bodzewo levata,

secundo fl. 13 000 Noskoviana, quondam super bonis Bartlin, novissime super bonis Dziecmiarowo a. 1773 levata.

Kociugi distr. Costen., possessionis Gen. Antonii Goczałkowski, summa fl. 2600 inscr. in cast. Posn. pridie fest. s. Francisci C. a. 1746.

Kunino distr. Posn., ad substantiam Mgf. Josephi Komorowski, castell. Santoc. se referens, primo summa fl. 600 inscr. in cast. Posn. in vigilia festi Conversionis s. Pauli a. 1594, secundo summa antiqua fl. 100 inscr. in castro Posn. fer. II. post f. s. Bartholomaei a 1608, tertio summa fl. 4300 inscr. in c. Posn. f. VI. post f. s. Matthaei a. 1735, quarto summa fl. 3560 gr. 20 inscr. ibidem fer. II. in crast. fest. s. Matthaei a. 1738, item summa fl. 41 450 inscr. contractu obligatorio act. castr. Posn. fer. II. post fest. Exaltationis S. Crucis a. 1758, demum summa fl. 6300 inscr. in eodem castro fer. VI. post fest. S. Martini 1760.

Lapidea quondam famatorum Kiellerow, ad praesens famatae Woluska, bibliopolae Posnan., relictae viduae, summa originalis fuerat 1000 fl. inscr. coram actis advocat. Civitatis Posnan. fer. III. post Dom. Invocavit a. 1695, anno 1740 detruncata et reducta ad quotam fl. 750.

Łopuchowo distr. Gnesn., possessionis ad praesens Mgf. Nicolai de Wybranowo Swiniarski, pincernidae Caliss., summa fl. 10 533 gr. 10 inscr. in cast. Posn. fer. II. in vigilia OO. SS. a. 1757.

Lwowek oppidum, summa 4000 fl. locata fuerat super bonis hisce per Mgf. olim Pawłowski, cast. Biechovien., inscr. act. cast. Posn. fer. II. post f. Nativitatis BMV. a. 1740, cuius medietatem Mgf. Łącki, succamer. Brzesten., 1770 tulit, altera medietas fl. 2000 ad Mgf. Komorowski remansit.

Nekla distr. Pyzdren., possessionis Mgf. Christinae de Szembeki Turnowa, dapif. Posn., summa primo 12 000 fl. inscr. coram act. cast. Pyzdren. fer. IV. in crast. festi Assumpt BMV. 1662, secunda 3000 fl. pro anniversario Stan. Leżenski disposita inscr. castr. Posn. in crastino festi natalis s. Joa. Bapt. a. 1777.

Przetoczna, Mgf. Josephi Rynarzewski haered., summa fl. 30 000 inscr. contractu obligatorio act. cast. Posn. fer. V. post fest. s. Jacobi a. 1757.

Posnania civitas SRM., summa fl. 4200, videlicet 1200 fl. act. castr. Posn. fer. II. post fest. Trium Regum a. 1680 et 3000 fl. iisdem actis fer. II. post Dom. Misericordiae a. 1694 inscr.

P o ł a j e w o distr. Posn., summa fundationis olim Mgf. Petri Czarnkowski, castell. Posn., fl. 6300. Ordinatio census: Colleg. Czarnkovien a 1500 fl. ad hospitale ibidem, a 2000 fl. ad eccl. Połaievien. et hospitale ibidem, a 800 fl. ad hospitale in Ryczywół, a 850 fl. ad hospitale in Wysoka, a 850 fl. pro votiva de Passione Domini, pro animabus fundatorum Czarnkowskich census a 300 fl.

P i o t r o w i c e in distr. Vschoven., haered. Mgf. Joannis Lipski, capit. Costen., generalis exercituum Regni, summa 29 000 fl. contractu obligatorio act. cast. Posn. fer. V. ante fest. ss. Fabiani et Sebastiani a. 1756 recognita.

R a d l i n in distr. Pyzdr., Celsiss. principum Sapiehow, summa 6000 fl. inscr. in cast. Posn. fer. II. post fest. s. Margarethae a 1670, a qua ab annis fere 10 nil census percipitur. Causa in lite hucusque pendet.

R y c z y w ó ł distr. Posn., possessionis GG. Chmielewskich, summa 1000 fl. inscr. in eodem castro fer. II. post fest. s. Margarethae a. 1692.

S z u r k o w o distr. Costen., possessionis ad praesens Mgf. Antoni Gniazdowski, capitaneidae Neomesten., summa 7200 fl. translata de Miłosław inscr. in cast. Posn. fer. VI. post fest. s. Petri in Vinculis a. 1753.

S t r z a ł k o w o distr. Pyzdren., possessionis ad praesens Mgf. Mathiae Rokossowski, dapif. Vschoven., summa 3000 fl. inscr. cast. Posn. sabbatho ante fest. s. Margarethae a. 1751.

S ł a w n o distr. Posn., Mgf. Felicis Radoński, capitaneidae Povidzen., summa 4000 fl. inscript. in cast. Posn. fer. II. post fest. Visitat. BMV. a. 1653.

S z c z e p o w i c e distr. Costen., possessionis Mgf. Gabrielis Skorzewski, colonelli exercituum Regni, summa fl. 1000 act. cast. Posn. fer. II. post Rogationum a. 1618 inscr.

S w i ę c i c h o w a oppidum, summa 3000 fi., vid. 1000 fl. ex Bojanice, 1000 ex Studzienice translatae, 1000 fundationis Jll. Baykowski suffr. inscr. in cast. Posn. fer. IV. post fest. s. Jacobi a. 1735.

T a r g o s z y c e distr. Costen., possessionis ad praesens successorum olim Mgf. Francisci Walknowski, summae simul iunctae 12 266, et quidem.

1) fl. 3000 act. cast. Posn. fer. VI. post fest. SS. Simonis et Iudae a. 1744 inscr.

2) Summa ex diversis levatis alias de Oborzyska fl. 500, de Dzierzenica fl. 266 gr. 15, de Grzymislawice fl. 500 coalita efficiens quotam fl. 1266 gr. 15 actis Posn. pridie festi s. Lucae a. 1747 recognita.

3) Summa fl. 2000 fundationis Robertson, archid. Posn., ibidem fer. II. post fest. SS. OO. anno immediate expresso inscr.

4) Summa 6000 fl., fundationis Josephi Pawłowski eppi, ibidem fer. II. post fest. s. Lucae a. 1754 inscr.

Turostowo distr. Gnesn. Decreto condescensionali Capitulum habet sibi traditos Hollandos in proventu summae 4000 fl. inscr. act. castr. Posn. fer. VI. post fest. s. Margarethae a. 1765 et fer. VI. post fest. natalis s. Joa. Bapt. a. 1767.

Turwia in distr. Costen., Mgf. Stanislai Chłapowski, castellanidae Mederecen., summa 7000 fl.

Wschowa civitas SRM., summa ex variis summis ad seorsivas inscriptiones constituta fl. 27 200, et quidem inscriptio

1) in castr. Posn. fer. V. post Dom. Jubilate a. 1675 super summa .	fl. 1200
2) „ „ „ „ VI. „ „ Rogationum .	4000
3) „ „ „ sub eodem actu . . .	2000
4) „ „ „ fer. II. post fest. Purificat. BMV. a. 1686	5000
5) „ „ „ fer. II. in crast. s. Michaelis .	3000
6) „ „ „ fer. III. post fest. s. Mariae Mgd. a. 1691	5000
7) „ „ „ fer. II. ante fest. s. Margarethae .	2000
8) scripto manuali sub die 14. Aug. Posn. a. 1693	1000
9) in praetorio Vschoven., die 12. Decembris a. 1701	4000

Witaszyce in distr. Calissien., possessionis successorum olim Mgf. Gorzenski, colonelli exercituum Regni, 1) summa fl. 4000 actis Palatinatus Posn., ex quo tunc acta Capitanealia Posn. vacabant, 2) summa 5000 fl. inscr. in cast. Posn. fer. VI. pridie festi Exalt. s. Crucis a. 1765 et fer. V. post fest. s. Andreae in Capitulum transfusa.

Wilcza distr. Calissien., possessionis Mgf. Thaddaei Zakrzewski, iud. terr. Posn., summa 6000 fl. inscript. contractu obligatorio act. cast. Posn. fer. VI. in crast. festi ss. Petri et Pauli a. 1769.

Września, nuper Cels. Adami principis Poninski, supremi Regni thesaurarii, hodie vero Mgf. Marcelli Poninski, summa 12 000 fl. contractu obligatorio fer. VI. in crast. festi ss. Petri et Pauli a. 1730 act. cast. Posn. roborato assecurata.

Zielonka distr. Posn., possessionis Mgf. Stanislai Mycielski, capit. Lubiatovien., summa 16 200 fl. contractu obligatorio act. cast. Posn. fer. III. ipso die festi Transfigurationis Christi a. 1771 roborato recognita.

Zalesie minus distr. Pyzdren., possessionis ad praesens relictae (viduae) et successorum olim Mgf. Bonaventurae Walknowski, summa 13 000 fl. et quidem 11 000 fl. levata de Xiężno, altera 2000 de Powodowo, inscripta act. cast. Posn. fer. V. post fest. s. Martini C. 1752.

Synagoga Lesnensis, Summa fl. 1000 inscr. in castro Costen. fer. II. in vigilia festi s. Thomae a. 1734.

Synagoga Lwovecencis, summa fl. 1000 act. cast. Posn. fer. III. post fest. s. Margarethae a. 1732 inscr.

Synagoga Posnaniensis, präeviis diversis inscriptionibus diversas contraxerat summas, quae originaliter super eadem synagoga locatae modo sequenti describuntur:

1714	in cast. Posn. summa fundationalis Hieronymi Wierzbowski suffr. tynph. 10 000 efficit . . .	fl. 1266	gr. 20
1719	in cast. Gnesn., summa Capituli .	10 000	
1722	„ „ Posnan., summa fundationis Andreae Hersztopski . .	1500	
1723	scriptum manuale super summa 4000 fl. Stanislai Rudnicki, pro anniversario inscripsit	1000	
1726	summa fundationalis Stanislai Mruk Kaczkowski, archid. Posn. . .	1000	
1727	summa fundationis Nicol. Zalaszowski, archid. Posn. . . .	33 000	
1728	in cast. Posn. summa tynph. 1000 fundationis Caroli Poninski suffr. .	1266	gr. 22
1729	in Consist. Posn. summa fundationis eiusdem	1000	
1731	in cast. Posn. summa fundationis Mathiae Chełmicki . . .	3000	
1732	in cast. Posn. summa fundationis Michaelis Zakrzewski can. . .	2000	
1732	in cast. Posn. summa fundationis Petri Kossowski schol. . . .	2000	
1749	in Consist. Posn. summa fundationis Petri Prażmowski can. . .	2000	

Summae itaque modo praemisso officiose insciptae et recognitae efficiebant simuliunctim summam totalem 59033 fl. 10 gr.

Tandem haec synagoga anno 1774 in comitiis Varsaviae celebratis impetravit commissionem ex sancito statuum confoederatorum in ordine liquidationis iurium creditorum et retentorum debitorum expediendam, uti quidem in effectu fer. II. post Dom. Rogationum anno eodem haec subsecuta et hic Posnaniae agitata; tandem actum est, ut in ruinam omnium creditorum non modo provisiones retentae abiudicatae, verum etiam nonnullae summae originales in notabili parte reductae et computatae extiterint. Contra cuius expeditae commissionis utpote perniciosae actum, quamvis olim Perill. Stephanus Skrzebowski, archid. Pscev. et officialis gen. Posnan., nomine omnium laesorum in continenti protestatus esset et insistendo posteriori constitutioni contra incusatas commissiones sancitae, causam eiusmodi nulli creditores iniurati praeviis editis terminis in iudiciis ordinariis Tribunalis Regni decidendam attentassent, nihilominus ad porrectum per seniores Iudaeos eiusdem synagogae ad Consilium permanens memoriale, an scilicet causa eiusmodi commissionis Posnaniae expeditae possit resuscitari, non posse, quam ut eam nec Constitutio posterior contra commissiones sancita liget, responsum et resolutum est.

In memorata itaque commissione ultra retentas ab aliquot annis provisiones cassatas, summa 59033 fl. et 18 gr. originalis ad quotam 40191 fl. 25 gr. reducta est. Cum igitur subsecuta resolutione Consilii permanentis ad vindicandum summas computatas praecisa est via, omnes pariter diversas respective summas per regulam societatis Capitulum reducendas praecommisit.

(Sequitur modus reductionis summarum.)

Synagoga Swarzędzensis, 1) summa fl. 1000, ex binis summis, videlicet 700 fl. de Spławie et 200 de Gonieczki seu Gonice levatis coalita inscripta act. Consist. Posn. d. 21. Dec. 1721. 2) summa de Krolikowo et Cieszkowo translata tynph. 1000 et fl. 1000 efficientium fl. 2266 gr. 20 contractu obligatorio act. cast. Posn. fer. II. post fest. s. Apolloniae a. 1729 roborato recognita.

Synagoga Mederecensis, 1) summa fl. 3000 inscr. in cast. Posn. fer. VI. post fest. Assumpt. BMV. a. 1739.

2) summa 2000 fl. inscript. coram act. cast. Posnan. fer. II. post fest. Transfigurationis Chr. a. 1740. Census a praefatis summis super synagoga Mederecen. haerentibus parum abest,

quin inveniantur prorsus irrepetibiles, cum haec synagoga nimium inonerata tam summis contractis quam provisionibus retentis, continua traditione et executione ab aliquot annis successivis torqueatur, ita ut Capitulum obtento etiam plenario processu et decreto traditionis, ob praeventas aliorum creditorum traditiones usque ad extenuationem summarum originalium possidendas, modo lucrandae opportunae satisfactionis frustrari videatur, attento etiam eo, quod census a summis Capitulo inscriptis a pluribus annis retenti ad praesens summas originales fere excedant.

Licet quidem census a nonnullis summis originalibus, utpote super bonis Chaławy, Janowiec, Turostowo, Witaszyce, synagoga Posnan. et Mederecen. locatis retenti, partim praeviis decretis commissionum et condescensionum amputati, partim invindicabiles sint, anniversaria tamen iuxta seriem suam posita statuto suo tempore et ceterae obligationes absolvuntur.

N o t a n d u m. Quandoquidem summae nonnullae originales anno praeterito 1780 in crastino festi natalis S. Joa. Bapt. levatae sint, quia tamen earum certa pars ad chartam chirographarium mutuo data, reliquum vero in massa capitulari haeret, ideo sub tituli pristini fundi sui specificatae sunt, donec super bonis certis haereditariis terrestribus locatae fuerint. Ne vero illarum aliquam in parte aut in toto deperire contingat, congruum est, sub actu praesentis Visitationis earum rationem ponere.

Summae igiter levatae sunt sequentes:

De Granowo, summa fl. 2500 et 10 marcarum efficit fl.	2660
de Gwiazdowo et Sokolniki, 1000 fl. et 100 marc. efficit	1320
de Koszuty	2400
de Kociugi	2600
de Ryczywół	1000
de Szczepowice	1000
de synagoga Lwovecensi . . .	1000
de synagoga Swarzędzensi . . .	3266 gr. 20
Summa fl.	15 246 gr. 20

Ex qua quidem summa generali fl. 15 246 gr. 20 quota 7200 fl. Perill. Adalberto Zakrzewski, custodi Cath. Posn., praecedente decreto Capituli sub die 11. Sept. 1780 ad chartam chirographariam cum obligatione solvendi census per 5 mutuo data, altera itidem quota 6000 fl., ut infra patebit, super bonis Gołaszyno inscripta. Praeter summas supra specificatas praesenti anno accesserunt binae summae fundationales, et quidem

summa 20 000 fl. ex censu annuo pro anniversario R. olim Andreae Stanislai Kostka Młodziejowski convertendo, altera 4000 fl. per Perill. Clementem Walknowski, primicer. Posn. qua JII. olim Vladislai Wierusz Walknowski, suffr. Posn., executorem et successorem exsoluta cum obligatione absolvendi anniversarii itidem perpetui quotannis pro anima dicti suffr. super bonis Gołaszyno Rev. Josephi Glaubicz Rokossowski, can. et offic. Posnan., haereditariis cum superaddita per Capitulum summa 6000 fl. locatae, summam totalem 30 000 fl. efficientes, coram act. cast. Posn. post fest. s. Joa. Bapt. anno currenti 1781 inscriptae et recognitae.

Villae praestimoniales,

quarum personis Capitularibus vigore senii et habilitatis competit optio, sunt sequentes:

1. Gorka cum deserta Tworzykowo sub regentia Rev. Eppi de Mathy in distr. Costensi sita.
2. Gortatowo sub regentia Rev. praepositi Posn. in distr. Posn. Habet 9 inquilinos alias chałupnikow, curiam praedialem et tabernam.
3. Chartowo sub regentia Rev. custodis distr. Posn., villula parva, caeterum in bono statu conservatur, cum praedio.
4. Nynkowo sub regentia Perill. scholastici ad ripam fluvii Warta situm cum praedio.
5. Łaskowo Zołęcino in parochia Rogosnen. sub regentia archid. Psceven., solvit P. Regens quotannis ad dictam ecclesiam Rogosnen. per fl. 200 pro reparatione eiusdem.
6. Goraszewo sub regentia archidiac. Sremen. penes Chartowo cum praedio.
7. Gora sub regentia Trzcinski in distr. Posn. penes Jankowo sine praedio curiali, solvunt coloni quotannis certum censum regenti, habet et lacum.
8. Binkowo sub regentia Gorzenski sine praedio, solvunt pariter coloni censum annuatim.
9. Stęszewo sub regentia Bronikowski cum praedio, lacu, molendino et holandis. Haec villa quondam duabus casis rusticalibus constans per modernum regentem ad optimum statum perducta.

10. S t a r c z a n o w o sub regentia can. Korytowski ad ripam fluvii Warta sita, quodum deserta, per modernum regentem adeo restaurata, ut omnes casas rusticales, capellam seu oratorium, curiam praedialem et alia quaecumque aedificia ad praesens reperibilia proprio sumptu de novo aedificari fecerit; habet praedium, tabernam et stagnum.
11. S a r b i n o w o prope Uzarzewo sub regentia Gliszczynski, in potiori parte quondam desolata, per modernum regentem funditus reparata. Habet suos inquilinos partim subditos partim liberos cum praedio curiali.
12. K o z i e g ł o w y sub regentia can. Luba cum praedio curiali penes Głowna.
13. N i e s ł a b i n prope Srem civitatem sub regentia Rokossowski cum praedio, silva et stagno.
14. M e c h o w o prope Kicino sub regentia Zakrzewski cum praedio, stagno et molendino.
15. P e ł c z y n prope Srem sub regentia Olrych cum praedio et lacu.
16. L e c h l i n prope Skoki sub regentia Iłowiecki cum praedio, lacu et borris.
17. G l i n i e n k o sub regentia Reptowski cum praediolo.
18. T r o i a n o w o prope Murowana Goslina sub regentia Gurowski cum praedio, stagno et molendino. Haec villa a. 1779 conflagrata.
19. T a n i e b o r z prope Tulce sub regentia Wilkanowski cum praedio.
20. B e r d y c h o w o prope Summum Posnaniense sub regentia Wężyk cum praediolo et taberna, nullum habet inquilinum neque casam ullam rusticalem.
21. P i o t r o w o quondam praestimonium prope Berdychowo, in quo Capitulum ob contignitatem extrui fecit lateritium et massae Capituli applicavit, optanti vero Piotrowo solvit annuatim aureos hung. 30, estque huius pensionis possessor can. de Obyrn.

Status villarum praestimonialium quoad villanorum numerum, inventaria et alia his similia descriptus est in libris Revisionum.

M o d u s e t c o n d i t i o n e s o p t a n d i conformat se usui antiquiori ad normam declarationis Goslicii eppi quoad trimestrem residentiam et alias conditiones. Ceterum harum

omni, praesertim de adventu ad Capitula non satisfit. Optionum mutatio non fit adeo frequens, sed tum, dum villam praestimonialem per cessum vel decessum alicuius vacare contigerit. Status vero praestimonii non potest reddi deterior, siquidem circa optionem optanti ad triennium pro quolibet anno distinctim apponuntur conditiones, quarum una saltem non adimpleta, nullo modo ad pinguius praestimonium ascendere potest iuxta statutum fol. 351.

Quod attinet revisiones praestimoniorum.

In praesenti revisiones praestimoniorum expediuntur tum, dum et quando villam aliquam vacare contigerit, inhaerendo statutis fol. 351 et 355, sed tunc revidentur praestimonia, quorum qui ad pinguiora ascendere in votis habent. Ex accidenti tamen revisiones, quando negotium urget, stricte fiunt, videlicet dum Capitulum de aliqua deterioratione aut damno aut avulsis causa regentis, aut negligentia in defensione limitum aut excisione silvarum redditur certius, aut quod regens emanato triennio conditionibus non satisfecerit. In revisionibus, quae fieri debent ex delegatione Capituli iuxta statutum fol. 364, describitur status villae eiusmodi praestimonialis, numerus villanorum, qui eorum subditi et qui liberi, quodnam illorum inventarium et quod locale; revidentur agri praediales et rusticales, tum limites, si aliquomodo sunt controversi, conseminationes hiemalis et aestivalis, aedificia praedialia et rusticalia, conditiones circa optionem appositae an impletae, et alia omnia iuxta praxim revidentur et connotantur, de quibus omnibus delegati suae commissionis capitulariter referunt actum expeditum, et subsecutis ex eiusmodi delegatione Capituli pro bono fundi dispositionibus satisfit. In villis vero fundorum, uti sunt Lussowo decanatus, Szymanowo et Staniszewo archidiaconatus Posnan., Jerzykowo custodiae, Glinka Sremen., Giecz Psceven., Rokitno Varsavien. archidiaconatuum, Zegowo et Jankowo fundorum Canonicalium aliquando et fere rarissime expediuntur revisiones idque, si aliqua ratio revisionem omnimodam de iure Capitulo servienti postulaverit.

Curiae seu domus Canonicales

aliae sunt intra, aliae extra Summum. Intra Summum vocantur, quae consistunt in circumferentia ecclesiae Cathedralis, et sunt sequentes:

Incipiendo a domo Eppali a plaga meridionali ecclesiae

1. Canonici de Mathy, eppi Thanasien., integra murata, notabili sumptu eiusdem de novo aedificata, ex opposito porticus ecclae Cath. sita, intus et foris adornata, muro et sepimentis circumducta, cum officina, hortulo culto, stabulo, puteo et aliis in optimo statu aedificiis proxime adiacentibus.

2. Curia praeposituralis integra murata vetus, in potiori parte indiget notabili reparatione, est autem pariter muro circumcincta. Cuius angelus extendit se ad viam publicam inter se et caemeterium Collegiatae in Summo, officinam et hortum habet exiguum, stabula notabili indigent reparatione.

3. Curia Antonii Uminski, archid. Psceven., in meditulio curiarum praeposituralis ab una et veteris curiae Korytowski ab altera partibus consistens, integra murata, de nova fere radice non modica eiusdem archidiaconi expensa reformata, cum stabulo recentissime extructo, pomario plantato, horto pro oleribus sepimentis de novo obducto. Insuper cum per inundationem aquarum a. 1780 subsecutam nimiam ruinam passus esset, ut etiam porta murata cum porticu impetu aquarum corruisset, portam aliam de muro extrui, aream integram inter suam curiam et pomarium planam lapidibus sterni et curiam dealbari procuravit.

4. Curia can. Korytowski penes viam eundo ad portam Summi a sinistris sita, propriis eiusmet sumptibus aedificata, integra murata, intro coloribus picta. In eadem area est et alia vetus curia binae contignationis murata, ad parietem angularem recentis curiae consistens, sed haec inhabitabilis et in parte sui aliqua diruta. Versus veterem et novam curias bina stabula cum horto fructifero recenter plantato circumsepto.

5. Curia portae Summi a parte sinistra proxima fundi Godziemba erat vetustissima ab extra murata, parietibus vero intro ligneis constans, quae per inundationem aquarum in fundamentis magis divulsa, cum minaretur lapsus periculum, praecedente lustratione et revisione architecti et eodem de sufferenda iudicium ferente sublata est, ex cuius lignis stabulum Rev. Wężyk, huius fundi canonicus, extrui disposuit.

Retorquendo vero a porta Summi

6. Curia pro Doctore canonico fundi Kaźmierz, cuius nunc possessor Rev. Ilowiecki, a parte sinistra penes domum Psalteristarum ex opposito porticus caementerii Collegiatae in Summo sita, sumptu eiusdem canonici restaurata, lignea, cuius fornix

inferior murata, caeterum per inundationem in aliquot locis scissa, evidenter patet haec residentia sepimento etiam cincta, nullum aliud aedificium vicinum habens.

7. Curia ex altera parte domus Psalteristarum versus ecclam Colleg. BMV. in Summo can. Bronikowski, integra murata, impensa eiusdem notabili restaurata et in decentem formam redacta, intus pictura decorata, caeterum ob vehementem propulsum aquarum in una parte angulari in introitu eiusdem ad sinistram desolationi succubuit. Habet a parte dextra culinam ligneam cum hippocausto, tum pomarium parvum, a sinistra stabulum commodum similiter ligneum.

8. Curia Perill. Gliszczynski, notabilis magnitudinis, integra murata (quam eidem olim Skrzebowski, archid. Psceven., praevia sibi per can. Gliszczynski expensarum pro reparatione et in potiori parte restauratione erogatorum in quota 200 aureorum hung. subsecuta refusione cessit) in sufficienti statu consistit, cum et is idem modernus possessor ab inchoata possessione sui non mediocres in reformationem totius inferioris et continuationem superioris habitaculi expenderit sumptus. Habet proxime stabula commoda, officinam et hortum a tergo residentiae recenter plantatum, sepimento obductum, et alterum pro oleribus stabulum versus.

9. Curia extra muros a tergo officinae can. Gliszczynski, quam inhabitat Rev. Nieżychowski, lignea vetus desolata, cum hortulo arboribus plantato et sepimento recenter circumdato. Haec residentia praesupponitur quondam pertinuisse ad curiam canonicalem, quam can. Gliszczynski possidet.

In egressu de propatulo curiae Gliszczynski recta eundo ad porticum ecclesiae septemtrionalem.

10. Curia D. Wilkanowski can. penes portam areae dicti can. Gliszczynski a sinistris consistens, lignea vetus, in parte tamen praesertim in substertamentis et tecto reparata, cum stabulo parvo et horto pro oleribus. Haec curia quondam fuerat doctoralis fundi Jankowo, sed cum olim can. Libowicz aliam de novo extra muros Summi Posnan. aedificari fecerit, haec prima cessit collationi Rev. praepositi, illa vero extra Summum canonico fundi Jankowo reservata

11. Curia Rev. custodis lignea, ab extra argilla oblinita, in adaequato adhuc statu consistens, cum fornice a parte sito et domuncula parva, sed minus commoda, tum stabulis ligneis et horto pro oleribus.

12. Curia D. scholastici lignea in bono statu existens, sepimentis recenter obducta, cum stabulo vetusto et horto pro oleribus.

13. Curia Rev. decani, in cuius loco quondam fuerat residentia can. Dąbrowski, murata, sed penitus desolata, post cuius dimissionem, cum eandem olim Vladislaus Walknowski, primicerius et suffr. Posn., praevio consensu Capituli a. 1777 sibi haberet collatam, eandem dirui et alia methodo et figura ampliari, aedificari et adornari fecit, tandem subsecutis eiusdem fatis incontinuata quoad internam fabricam et decorem remansit. Quam R. Decanus notabilibus pariter expensis iterum reformari et ampliari fecit. A tergo huius curiae officinam cum culina ex una et stabula parte ex altera idem Rev. Decanus extrui anno praesenti fecit. Est autem haec curia ad praesens integra murata cum triplici frontispicio, intus et ab extra dealbata, decenter ornata, tegulis operta.

14. Curia can. Zakrzewski, lignea cum fornice murato in sufficienti statu consistens, cum stabulo ligneo et horto pro oleribus circumsepto. Prope eandem curiam ex opposito capellae S. Crucis est area, in qua curia canonicalis stante possessione olim can. Opalinski desolata consistebat, quae tandem lapsa nomenclaturam areae Opalinscianae reliquit.

15. Curia ex opposito sacristiarum ecclae Cath. can. Ollrych, lignea, per eundem reparata, in adaequato statu consistit, intus et foris dealbata, sepimento novo circacircum obducta, ex cuius introitus parte dextra stabulum et officina, a tergo vero hortus pro oleribus.

16. Curia ad pedem pontis Ostrovecen. consistens Rev. Rokossowski, can. et offic. gen. Posnan., lignea decenter ab intra et extra reformata, restaurata et ornata, sepimento recenter circumcincta. Habet hortum et pomariolum extendentia se ad ripam rivuli defluentis, tum stabulum et officinam proxime adiacentia.

Curiae modo praemisso descriptae intra Summum sitae omnes (exclusis tantum fundi Godziembarum et fundi Kaźmierz doctoralis) collationis sunt Rev. praepositi Cathedr. pro tempore existentis iuxta continuam praxim et statuta, ex quibus etiam liquet provisionem domorum Canonicalium fieri debere pro solis continuo residentibus.

C u r i a e e x t r a S u m m u m censentur illae, quae extra muros (quibus olim Joa. a Lubraniec, eppus Posn., situm Cathedrae huius circumcinxit) quomodocumque extructae consistunt. Harum

1. extra portam Summi eundo ad eccl. s. Nicolai can. Reptowski, primitus per olim Franciscum Libowicz, eiusdem fundi Jankowo can., partim ex muro solido, partim ex lignis fuerat extructa continebatque hortum fructiferum, sed frequenti inundatione aquarum desolata; ligneam ad praesens consistentem olim can. Boniatowicz, immediatus possessor, noviter extrui fecit, quae etiam stante possessione moderni in maiori parte reparata, reformata et circumsepta in bono statu conservatur, quamvis per saepe contingentem inundationen subsit ruinae et desolationi. A tergo huius curiae stabulum extructum et hortus sat amplus pro oleribus virgetis septus.

2. Curia can. Trzcinski, vetus lignea, cum stabulis et officina vetusta, tum horto olerum, qui fuerat sepimento recenter obductus, subsecuta inundatione sepimentum vi aquarum divulsum, tum curia et officina ob eandem causam in deteriorem statum redactae.

3. penes curiam can. Trzcinski area deserta pro curia canonici fundi Zegowo cum horto et piscina.

4. Curia archidiac. Sremensis, in monte versus eccl. s. Nicolai sita, notabilis magnitudinis lignea, quam in parte desolationi proximam modernus possessor coepit omni conatu reparare et intendit opus coeptum perficere. Habet proxime officinam ligneam, sufficienter reparatam et stabulum cum horto recenter plantato, sepimentis cincto.

Praerecensitae curiae binae (alias exceptis fundi Jankowo et s. Nicolai seu Zegowo) pro ratione senii optantur. Modus vero optandi minus differt ab optione praestimonii. Quando enim curiam eiusmodi post cessum vel decessum vacare contigerit, praecedit revisio per delegatos expedienda cum descriptione status vel inventarii, si quod inveniatur locale, affiguntur literae cridae cum termino duarum septimanarum. Tandem in termino incidenti attento senio et residentia personali expetentis confertur curia, impositis pariter conditionibus in praefinito tempore adimplendis. Et hic modus optionis ita, ut praemissum est, observatur semper.

Capitula generalia

bis in anno, et quidem primum in crastino s. Martini, alterum in crastino festi SS. Apostolorum Petri et Pauli praecedente votiva solemni de Spiritu s. celebrari incipiunt, ad quae omnes Praelati et Canonici censentur esse citati. Capitulum generale

quondam octo diebus continuis ad minimum celebrabatur, prout docet statutum fol. 74 parte secunda, ad praesens ultra septimanam non protrahitur ad tenorem fol. 304. Capitula particularia singulis feriis II. festo celebri non impeditis, alias die sequenti expediuntur. Praeter praefixum tempus celebratur etiam capitulum primo sub die 15. Julii, in quo ad nexum constitutionum Regni iudex ad Tribunal Regni deputandus per vota secreta eligitur, secundo sub die 4. Novemb., in quo procurator generalis de perceptis et expensis massualibus et fundationalibus generalem dat calculum. Quorum Capitulorum tam generalium quam septimanalium transpositio, nisi forte ob gravem causam, fieri nequit (stat. fol. 226).

Capitula generalia, in quibus consulendi modus est etiam in statuto fol. 12 et 226 descriptus, hoc ordine celebrantur seu materiae tractandae expediuntur: P r i m o Capitulum quodvis sive generale sive particulare praecedit invocatio Spiritus s. iuxta decretum Visitationis Opalenianae fol. 7. Item ab actu inchoati Capituli gener. personae Capitulares, siqui aliquod negotium prospexerint bono ecclesiae vel Capituli fore utile, inter materias tractandorum suo ordine promovendas a Rev. Praesidente connotari requirunt et connotatur. S e c u n d o in Capitulo gen. ss. Petri et Pauli primo die immediate post invocationen s. Spiritus leguntur per Praesidentem iuxta ordinem Praelati et Canonici huius ecclesiae, ex quibus praesentes et absentes in actis Capitularibus connotantur. Absentes excusat aut morbus aut residentia ad latus Lociordinarii aut functio publica aut aliqua in negotiis Capituli delegatio, quae alternisi sub tractu Capituli gener. expediri nequit, aut saltem literae ad Rev. Capitulum directae legalitatem absentiae explicantes; his deficientibus rationibus absentes habentur pro inexcusatis. His expeditis Capitulum incipit a correctione fraterna praevio cuiuslibet iuxta ordinem de loco Capituli egressu ad nexum decreti Visitationis Opalinscianae in Libro statutorum expressi fol. 6. Tandem recapitulatio omnium et singulorum decretorum in capitulis septimanalibus ab actu anteacti immediati generalis latorum, quae lecta et trutinata, si aut in aliqua parte non removeantur aut emendentur aut sufferantur, suum robur habere debere intelliguntur. T e r t i o finitis praemissis tractari solet materia cultus divini, cuius nomine intelliguntur omnes circumstantiae, quae decorem et ordinem in ecclesia eiusdemque fabricam quomodocunque attingunt. Et haec materia cultus divini singulis Capitu-

lorum diebus alias diversas materias praecedere solet. In hac prima die Capituli gener. nulla alia negotia praeter immediate descripta tractantur amplius, nisi forte causa aliqua indilatam resolutionem exigat.

S e c u n d u s d i e s Capitulorum gener. vocatur Episcopalis, quo leguntur literae ab Jll. Lociordinario ad suum Capitulum directae, tum contenta earundem resolvuntur et puncta ad responsum connotantur. Privilegia in rem advocatorum, sculte-torum aut aliarum personarum recentur emanata, si iam prae-cesserint revisiones, approbantur, sin secus, suspenduntur aut facultas approbandi Capitulo septimanali datur.

T e r t i u s d i e s non habet determinatos tractatus, sed incipiunt varia negotia resolvi, materiaeque iuxta ordinem tractari et expediri solitae, tandem appropinquante meridie solvi-tur Capitulum.

Q u a r t u s d i e s Calculationum quoad revisionem et calcu-lationem proventuum bonorum mensae Capituli. Delegati de omnibus sibi commissis et per se gestis referunt Capitulo, tum legitur calculus redituum et expensarum, et quoniam per singula puncta perpenditur et trutinatur, ideo saepe saepius Capitulum ad horam usque primam pomeridianam protrahitur. Facto calculo subsequitur Commissarii quietatio et electio.

Q u i n t a e t s e x t a d i e tractantur reliquae materiae iuxta ordinem seorsivae connotationis tractandorum bonum Capituli et ecclesiae afficientes. Item appellationes, si quae a decreto Capituli septimanalis interpositae fuerint, in generali resolvuntur ad tenorem statuti fol. 325.

U l t i m a d i e, si superfuerint aliqua adhuc tractanda, resolvuntur, supplices libelli ad Capitulum porrecti distinctim leguntur et, si necessitas exegerit, praecedente decreto expe-diuntur, nec non invitato clero minori Cathedr. fit de consue-tudine correctio eiusdem. Tandem facta recapitulatione omnium decretorum in eodem Capitulo latorum concluditur hymno Te Deum laudamus Capitulum generale.

C a p i t u l u m g e n e r a l e s. M a r t i n i simili modo et ordine absolvitur, praeterquam quod prima die ultra materias supra specificatas fiat quietatio anterioris et electio per vota secreta novi Procuratoris mensae Capitularis. Quarta vero die, quoniam non expeditur calculatio protunc commissarii, aliae materiae necessariae tractantur. Calculus thesauri et electio

thesaurarii, calculus provisoris bursae Szołdrscianae et electio eiusdem, calculus canonum et electio canonistae in Capitulis generalibus ss. Petri et Pauli, calculus vero fabricae in utroque Capitulo generali et calculus praepositi ecclesiae s. Laurentii de perceptis et expensis in pauperes Xenodochii ecclae eiusdem erogatis in Capitulo gen. s. Martini expediuntur. Capitulum primum post generale vim habet generalis, ideoque nonnullae materiae, siquae superfuerint sub tempus Capituli gener. non resolutae et indecisae, in hoc Capitulo primo resolvuntur et deciduntur.

Sigillum Capituli

duplex, maius et minus. Primum ad mentem statuti fol. 365 secure servatur per secretarium. Hoc sigillo omnia privilegia et scripturae maioris momenti, ut instrumentum deputationis ad Tribunal Regni, ad comitia et his similia muniuntur. Secundum iuxta statutum fol. 197 procurator generalis Capituli penes se habere debet, quo sigillantur extractus variorum documentorum et decretorum Capituli, quietationes manuales, assignationes et decreta ludicii procuratorialis in causis civilibus subsecuta, tum alia minoris momenti.

Statuta

pro suo regimine habet Capitulum huius Cath. in unum volumen compactum redacta, quae variis temporibus sunt condita, et quidem ab anno 1440 ad 1517 primitus collata, per olim Ioannem a Lubraniec, eppum Posn., anno eodem d. 8. Junii in Capitulo gener. confirmata. Item statuta ab a. 1517 ad 1626 in variis Capitulis general. condita, tum decreta Visitationum Andreae de Bnin Opalinski de a. 1628 (?) in eodem volumine conscripta pro veris statutis habentur et citantur. Ex statutis antiquis nonnulla, cum essent pro circumstantiis illorum saeculorum opportuna, ut de almutiis portandis, de scholaribus et cantore scholae, de cantu puerorum in ecclesia, de distributione bullarum panis, de satellitibus servandis contra incursum praedonum, de balneo, de pensione a beneficiis et his similia, quae praesenti saeculo accommodari et executionen eo ipso sortiri nequeunt.

Statuta nonnulla in una eademque materia inveniuntur discrepantia et sibi contraria, idcirco primitus lata posteriori tempore sunt aut in aliqua parte reformata aut ampliata aut denique subrogata.

Archivum Capitulare

debito ordine conservatur et documenta quaevis iuxta diversitatem negotiorum in suis seorsivis cistulis deposita et connotata. Huius curam et diligentiam ex munere suo habet secretarius Capituli, nonnulla tamen documenta, ceterum pauca in reliquis scripturarum partim per humiditatem putrefacta, partim etiam potissimum pargamenea aliqua corrosa. Cathalogus contentorum singulis libris ad calcem est, sed generaliter duntaxat inscriptus. In fasciculis autem variae transactiones, iura et documenta nonnullarum ecclesiarum reperibilia partim in regestris, partim in summariis suis, partim etiam a fronte obvoluturae extant connotata.

Bibliotheca Capituli

continens ss. Patrum, theologorum, asceticorum et variorum autorum libros sat exigua habetur in hac Cathedrali. Eius locus distinctus sursum inter capellam s. Apolloniae et turrim maiorem meridionalem. Tempore immediati Capituli gener. revisio eiusdem bibliothecae, confrontatio cum anterioribus regestris demandata est Rev. Ioanni de Obyrn, can. istius ecclesiae, eiusque opera confectum regestrum inferius apponetur. Bibliothecae curam ex antiqua consuetudine habere soliti canonici doctores iuris, ab actu conflagratae Ecclesiae nullus adhuc officium hoc sustinet. Pro manutenenda Bibliotheca nulli sunt aut fundati aut destinati reditus, et tunc tantum augetur numerus librorum, si quis eos Bibliothecae Cathedrali assignaverit. Libri vero ex eadem nulli nisi praevio consensu Capituli et reversali per rogantem exhibendo extraduntur. Clavis a Bibliotheca in loco Capitulari asservatur.

Secretarius Capituli,

qui expeditiones perficiat et acta seu decreta Capituli conscribat, quod debeat constitui, etiam antiqua statuta comprobant, uti et ad praesens est Mathaeus Zymchanowski, Colleg. BMV. in Summo custos, qui obit simul officium notarii proventualis Capituli. Ad secretarium etiam pertinet archivum Capituli, ex quo documenta authentica nemini Dominorum Capitularium nisi praevio reversali copiato, extraneis nisi praevio consensu Capituli extradere debet ad nexum decreti olim Stanislai Hosyusz eppi libro Visitationis fol. 161 exarati.

Secretarius Capituli dicitur natus custos eccl. Colleg. BVM. in Summo, eo quod habeat officium secretariatus incorporatam Custodiam cum dignitate in eadem Collegiata primaria et principali, ideo etiam iuxta statutum fol. 44 locum in processionibus in Eccl. Ćathed. post paenitentiarios et immediate ante Canonicos tenere solet.

Secretarius habet pensionem ex massa Capitulari, pro acticantia decretorum fl. p. 100, item prout ab antiquo panes secretarii perceperant, ita et ad praesens pro eodem pane et victualibus percipit pro unoquoque die grossos 15 polon. Item ab optione praestimonii fl. iuxta antiquum statutum fol. 155 et decreta Capituli. Item duas metretas siliginis parvae antiquae mensurae. Item habet secretarius incorporatum altare s. Ovidii et aliqua ministeria, de quibus suo loco. Denique iuxta antiquas consuetudines lucratur iunctim notario proventuali consolationes in quantitate, quae unam personam Capitularem concernere posset, alias medium secretarius et alterum medium notarius.

Notarii proventualis

officium, punctationes praesentium et interessentium Dnorum Capitularium fideliter connotare, regestra proventualia massae Capitularis adaequate conscribere, divisiones quasvis et distributiones refectionum, consolationum et concernentiae pro anniversariis adeo conficere, ut in omissione deliberata grossi unius ad nexum iuramenti hac super re praestiti conscientia eius versetur, ad causas Capituli in iudiciis Castrensibus aut Terrestribus in negotiis Capituli stante impedimento procuratoris gener. attendere et invigilare, denique in variis negotiis ad nutus quosvis Capituli praesto esse. Modernus notarius, qui simul est secretarius Capituli, officium suum diligenter exequitur, regestra in libris decenter compactis conscribit, divisiones omnes quolibet septimali Capitulo legit et explicat et omnia, quae eius muneris sunt, debite observat. Pensionem habet ex massa Capitulari 10 aureos hung., tum medium consolationum nec non pro pane et victualibus ut secretarius atque grossos indivisibiles. Denique siliginis metretas quattuor antiquae mensurae. Ab actu capessiti notariatus idem notarius regestra fabricae ecclesiae Cath. diligenter connotat, sub cuius viligantia et massa fabricae existit, ex qua praeviis assignationibus Dom. praefectorum fabricae operariis solvit mercedem et in quolibet Capitulo gener., ut iam dictum est, exhibet calculum.

Delegati Capituli pro praesentibus reputari solent et non tantum deservitionibus refectionum, sed et anniversariorum et consolationum potiuntur; sed ne fiant sub aliquo praetextu negotii magis delegationem expetenti (?) quam Capitulo utilis serio animadvertere Capitulum deprehensum est (?).

Procurator

quotannis in Capitulo gener. s. Martini per vota secreta eligitur, qui pro anno nunc currenti electus et constitutus est D. Ignatius Raczynski can. Eius muneris et officii est, census ab omnibus et singulis summis originalibus tam massualibus quam fundationalibus sub protectione Capituli existentibus vindicare, vindicatos recipere, de receptis quietare, iudiciis in causis Çapituli invigilare, ad securitatem summarum super bonis terrestribus haerentium attendere, easdem, si opus exegerit, (cum referentia tamen ad suum Capitulum et praecedente decreto eiusdem) levare, levatas super bonis mundis, ubi visum Capitulo fuerit, locare et alia negotia sibi praecommissa explere. Insuper eiusdem muneris est et potestatis, regimini civium et incolarum iurisdictioni Capituli subiectorum, utpote in oppido Chwaliszewo, Ostrowek, platea Zawady dicta et suburbio Piotrowo invigilare et, si quid devium repererit, pro arbitrio punire, in negotiis autem principalioribus bonum aut detrimentum eiusdem Capituli tangentibus suo Capitulo deferre, tum causas omnes civiles ex interposita appellatione a decreto primae instantiae ad se recurrentes iudicare et decretum ferre, quo si rursus pars aliqua senserit se gravata, causa eiusmodi ex interposito recursu ultimario per ipsummet Capitulum decidi et definiri solet. Procurator Capituli pro tempore existens ante fest. s. Martini seu die IV. Novembris suae administrationis de perceptis et expensis totius anni una cum notario capitulariter reddit rationen et in sequenti Capitulo gener. de eisdem perceptis et expensis de reposita restanti quota actis Capitularibus quietatur.

Testamenta

seu ultimae voluntatis dispositiones iuxta antiquissimam et (non) interruptam consuetudinem huius Ecclae pendent solum ab approbatione Capituli, si hae fuerint per personam Capitularem confectae, ita etiam, ut si quis Praelatorum vel Canonicorum habuerit unum vel plura beneficia curata, testamenta tamen subsunt omnino approbationi et resolutioni Capituli, prout etiam

dispositio massae substantiae post intestatos derelictae. Ius eiusmodi competit Capitulo primo ex continuo usu, prout ex libro testamentorum patet, tum declaratione olim Andreae de Bnin Opalinski de a. 1622 ad Capitulum gener. missa in Libro statutorum connotata, tum decreto approbationis Adami Nowodworski a. 1632 sub 28. Maii in libro actorum sub eodem anno expresso nec non simili declaratione Andreae Szołdrski circa approbationem testamenti olim Nicolai Korytowski can. anno 1643 in Capitulo gener. ss. Petri et Pauli emanata, denique decreto Visitationis Stanislai Hosyusz, epporum Posn., anno 1731 lato ius approbationis testamentorum et dispositionis rerum post intestatos ad Capitulum spectare debere fulciente.

Approbatio testamentorum expeditur in forma iuris plenissima. Primo enim, si quando aliquam personam Capitularem ad Cathedram decumbentem evenerit e vita decedere, delegari solent e gremio Capituli duo Praelatorum aut Canonicorum cum notario ad conquirendum testamentum, quo invento, si domini executores constituti fuerint praesentes, eisdem praecommittitur plenaria praeprimis sepulturae iuxta nexum testamenti dispositio, si vero nullum inventum fuerit testamentum aut in testamento executores non fuerint electi et inscripti, dom. delegati cum procuratore adhibito notario Capituli et testibus fide dignis iuxta statutum 63 fol. 39 omnium rerum derelictarum inventarium facere et custodiam sufficientem circa derelicta ponere tenentur. Tandem Dni capitulariter congregati visis rebus demortui relictis ante omnia expeditionem congruentis sepulturae iuxta conditionem morientis fieri curant. Qua plenarie et in effectu subsecuta literae cridae in ordine approbationis vel pro intestato declarationis cum termino quattuor septimanarum affigi valvis ecclesiarum Cathedr. et parochialis, si quod beneficium curatum in dioec. Posn. habuerit, mandantur. Quibus emanatis in termino ex praefixis literis cridae debite executis incidenti executores, si testamentum fuerit, approbationem, sin secus, fiscalis Capituli declarari pro intestato demortuum in forma iuris concludunt, praesentibus quorum interest ius et interesse ad substantiam demortui aliquomodo habentibus suas interventiones expetentibus. Et Capitulum praemissis mutuis consiliis et mutua deliberatione testamentum, si fuerit legaliter et in forma debita confectum, approbare et confirmare dispositionemque rerum, pacificationem interventionum et omnium in eiusmodi testamento contentorum, executionem DD. executoribus salvo

calculo in termino praefixo Capitulo praestando praecommittere solet, sin secus, mortuus pro intestato declaratur.

Post quem intestatum vel pro intestato ex rationibus iuri communi conformibus declaratum Praelatum vel Canonicum iuxta statutum superius VI. in ante ultra congruentem sepulturam successive res omnes derelictae provide et secundum rectum iudicium conformando se dispositioni iuris singula singulis referendo per delegatos disponebantur et erogabantur in pios usus et illos maxime, secundum quod mortuo intellexissent esse commodiores, ad praesens regitur Capitulum Constitutionibus Regni a. 1768, videlicet conscripta tota et integrali massa substantiae post intestatum derelicta eademque in liquido per dispositores a Capitulo delegatos iunctim cum proximis defuncti successoribus constituta expenditur praeprimis pro funeralibus, tandem pro pacificatione et solutione deservitae mercedis et debitorum, si quae iusta et realia adinventa et recognita fuerint. Tandem ex restante massa derelictorum quarta pars pro Ecclesia, tres vero successoribus cedere debent.

Hucusque executiones eiusmodi ultimarum voluntatum non reperiuntur indefinitae, sed omnes suum robur habent et executionem.

Usus mantholeti et rochetae

adhiberi solet pro competenti in Ecclesia vestitu a festo s. Marci usque ad festum OOSS. exclusive, usus vero cappae Romanae non nisi in festis solemnioribus, utpote Paschatis, Pentecostes, SS. Corporis, ss. Petri et Pauli, Dedicationis Ecclae Cath., Ascensionis Dni, tum in processionibus publicis, quando fiunt extra Ecclesiam, utpote Rogationum, s. Marci et SS. Corporis, demum si quis actus solemnis intervenerit. Usum rochetae et cappae Romanae Capitulum Cath. per privilegium olim Stephani Wierzbowski, eppi Posn., d. d. Varsaviae die 22. Oct. a. 1666 et indultum SSmi Clementis Papae eius nominis IX. sub d. Romae apud s. Mariam sub annulo piscatoris die 15. Junii a. 1668 habet procuratum, cuius admissio anno eodem d. 1. Oct. per dictum Praesulem subsecuta. Usum vero distinctorii per bullam Benedicti Papae XIV. sub plumbo d. d. Romae apud s. Mariam Maiorem 14. Kal. Ian. a. 1744, cuius originale in archivo Capitulari conservatur.

Scholam

ad Cathedram pro erudiendis pueris antiquitus extasse ex Libro statutorum Capitularium tum Visitationibus dignoscitur, quam

scholasticus Ecclae huius Cath. Praelatus ex re annexi ad eandem Praelaturam officii visitare tenebatur. In quonam loco haec schola fuisset et quem fundum habuisset annexum, deveniri nequit. Schola eiusmodi successu temporum, praesertim cum Academia per olim Ioannem Lubranski eppum fundata et erecta esset, cessasse praesupponitur.

In Academia Lubransciana ab actu primaevae suae fundationis usque ad annum praeteritum 1780 inclusive plus quam per 250 annos continuos tanquam in publicis scholis inventus erudiebatur, ad quam erudiendam universitas Cracoviensis subministrabat idoneos professores grammatices, poeseos, rhethorices, philosophiae. Tandem eodem anno immediate praeterito praecedente dispositione Commissionis educationi publicae praepositae praefata schola cum professoribus et omnibus proventibus et fundationibus Academiae Lubranscianae annexis, amodo dictae Commissionis regimini et dispositioni subiectis in civitatem Posnan. translatae sunt, salvo eo, ut director scholae ad Cathedram pro pueris in loquendo, scribendo, elementis grammatices et arithmeticae erudiendis per Dom. Episcopum foveatur.

Cum igitur praemisso modo scholae publicae fundationis Lubranscianae translatae essent, Collegium academicum seu ipsa domus murata, tum bursa Szoldrsciana murata, aedificium ligneum Bularnia dictum, per dictam Commissionem educationi publicae praepositam ad usus dioecesis cessa et reddita sunt, quorum aedificiorum status circa eorundem traditionem seorsive per Rev. delegatos conscriptus est et nuper actis Consist. gener. Posn. insertus.

Insuper in Academia Lubransciana duplicis fundationis alumni suberant regimini et provisioni Rev. Capituli, Szołdrsciani et Zalaszoviani. Primus alumnatus, etsi similiter sit translatus quoad educationem et studia, non tamen quoad regimen et provisionem, quae solum et unice Rev. Capitulo vigore fundationis per olim Andream Szołdrski ep. Posn. factae competit, cum is idem fundator villam Kiełczewo cum sortibus ibidem adiacentibus Grzybowo et Korablewo dictis per se praevio speciali a. S. Sede consensu et beneplacito proprio aere emptam (uti fusius acta emptionis, resignationis et aliarum transactionum in authentico libro erectionis conscripta edocent) iure haereditario Capitulo dederit, hoc praecustodito, ut ex eadem villa proventus annuus in quota 2500 fl. pol. determinatus nunquam augeretur aut diminueretur, sed semper in eodem quanto per provisorem

a Capitulo eligendum aut electum reciperetur et in sequentes expensas erogaretur:

1. quota 2000 fl. pro communi mensa alumnorum seu pro singulis quartualibus per fl. 500
2. quota fl. 200 pro cura et protectione Capituli
3. provisori pro tempore existenti fl. 80
4. praefecto bursae seu professori pro maiori sedulitate circa iuventutem sustinenda fl. 60, pro familia et servitoribus contubernii eiusdem fl. 140.

Pro maiori autem commoditate victus, necessitate domus et familiae quilibet alumnorum quotannis per fl. 30 contribuere ad massam communem apud provisorem haerentem sit obligatus. Memoratae ordinationi pientissimi fundatoris satisfit in omnibus et singulis punctis.

Provisor ex gremio Capituli quotannis in Capitulo gener. ss. Petri et Pauli eligi solet, eoque officio ad praesens laudabiliter fungitur Rev. Uminski, archid. Psceven., in eodem Capitulo anno praesenti electus.

Coloni Kielczevienses iure civili passim reguntur, qui quotannis eligere sibi et constituere solent scabinum et pro approbatione ad Perill. provisorem remittere. Provisor vero causas illorum ex interposita appellatione a iudicio scabinali iudicare tenetur.

Ad nexum erectionis alumni debent esse decem e familia Szołdrsciana, in defectu horum ad praesens providentur alii in eodem numero de stirpe tamen nobili praevia praesentatione Mgfi Felicis Szoldrski, capitaneidae Lancicien. tanquam legitimi patroni. Mensam et mansionem habent communem una cum professore ad regimen eorum specialiter per Rectorem Universitatis praevia notitia Capituli designato, ad praesens praefectus huius contubernii Andreas Bagnowski, philos. Doctor.

Alumni Zalaszoviani per Capitulum Cath. constituebantur, primitus quinque vigore testamenti olim Nicolai Zalaszowski, archid. Posn., a. 1702 confecti, qui pro quinque studiosis pauperibus (sive illi nobilis sive plebeiae conditionis fuerint) per Capitulum eligendis designavit censum fl. 750 quotannis dispertiendum. Post cuius fata anno sequenti 1703, ut tam piae intentioni fieret satis, Capitulum censum eiusmodi respective ex summa super bonis Czernieiewo haerente et eidem olim archidiacono stante eius vita inscripta solvendum determinavit et applicavit praefatumque censum dicti alumni in quota superius specificata

(dum census per 7 a centum solveretur) ad annum 1727 perceperant inclusive. Tandem summa originali 32 000 fl. editis ad solvendum terminis per Mgf. Vladislaum Radomicki, castell. Posn., deportata et per Capitulum super synagoga Posn. locata ex censu annuo per aliquot itidem annos 7 a centum proveniente, paulo post vero per 5 computando quota fl. 535 idque ad annum 1766 inter saepe dictos alumnos distribuebatur. Sed cum itidem (ut supra dictum est circa descriptionem summarum titulo: Synagoga Posn.) summa Zalaszoviana inter alias summas comprehensa reductioni succubuit, ideo ad praesens census pro alumnis ad quotam fl. 255 gr. 7 diminutus inter duos studiosos hucusque dispartitur.

Inwentarz skarbca kościoła katedralnego.

Monstrancya szczerozłota w promienie słoneczne w cyrkule dyamentami i rubinami ozdobiona, z których jednego brakuje, Melchizedech szczerozłoty.

Krzyż szczerozłoty cum ligno vitae na stronie jedney kamieni szafirowych pięć, cyrkuł zas perłami i krawnikami obsadzony, na drugiey stronie figura Crucifixi Domini, koronki mieyscami oderwane y nieznajdują się.

Kielich szczerozłoty cum stemmate Jll. Tholibowski, in pede kamienie sadzone, powyżey zas dyamenciki, z tych kilka dawniey wypadło i zginęło; kielich ten pateny nie ma ad latus. Wizyta Hozyusza pisze ten kielich z pateną szczerozłotą, tey' przecież X. Woyciechowski podkustoszy odbierając skarbiec od delegatów w r. 1765 (z) inwentarzem nie miał sobie podaney a tak dawniey albo rozporządzona per Capitulum została albo tez zginęła.

Kielich szczerozłoty cum stemmate Jll. Hosii z pateną szczerozłotą w futerale.

Kielich z pateną złotą koron. w palmę robiony po śp. X. Teodorze Czartoryskim biskupie Poznan. w futerale.

Kielich szczerozłoty z pateną takąz po śp. X. Młodziejowskim, biskupie Pozn.

Kielich szczerozłoty cum inscriptione Jll. Joannis Tarnowski visitatione Hosii wzmiankowany i patena szczerozłota wagi lotow 13 w r. 1754 per Rev. Capitulum sprawiona, obrocone na pozłocenie gałek, krzyżow i gwiazd wieży mnieyszych mediante decreto Capituli, patena tez od tegoz kielicha srebrna pozłocista primitive sprawiona nie znajduje się.

Kielichow srebrnych zupełnie wyzłoconych z patenami takiemi (między ktore mieści się kielich kamieniami czeskiemi sadzony z obrazkami w emalie, takze kielichy dwa, penitencyarski jeden, po X. Boniatowiczu drugi, wewnątrz tylko pozłocone) rachuje się 15, paten tyleż dico 15.

Puszka, w ktorey zachowuje się Najśw. Sakrament, z wieżyczką i patena srebrna pozłocista.

Puszka wielka wewnątrz wyzłocona po śp. X. Michale Zakrzewskim kanoniku, ta po wizycie Hozyusza accessit.

Patena mała srebrna cum operculo pro deportando viatico.

Patena głęboka z obuch stron pozłocista pro oleis sacris.

Krzyż srebrny pozłocisty czterema kamieniami ozdobiony z pelikanem na wierzchu.

Krzyż srebrny wielki na wielkim ołtarzu wystawiony cum stemmate JII. Andreae Szołdrski; krzyż ten post visitationem Hosianam accessit.

Krzyż srebrny pietate Can. Boniatowicz ofiarowany złocony in mensa Capituli, ofiarowany do ołtarza św. Krzyża.

Krzyż srebrny do processyi używany in summitate wyzłocony, kamieniami czeskiemi sadzony.

Krzyże srebrne do chorągwi zrobione 2.

Pacyfikał srebrny cum ligno vitae, na wierzchu korona pozłocista.

Pacyfikał mały srebrny cum reliquiis po śp. Tarle biskupie Poznan.

Pacyfikały te po wizycie Hozyusza accesserunt.

Teka srebrna dwoista zamykana cum effigiebus Apostolorum ipsorumque reliquiis.

Trunienki dwie srebrne cum reliquiis z aniołkami i laberkami pozłocistemi.

Te trunienki visitatione Hosiana recensentur accessisse aere Rev. Capituli de a. 1667.

Trunienki dwie srebrne cum reliquiis, na wierzchu jedney laur z aniołkami, na drugiey herb Akademii krak.

Trunienki srebrne z relikwiami po śp. Michale Zakrzewskim kan. 2. Te trunienki po wizycie Hozyusza accesserunt.

Głowy srebrne, jedna na gałeczkach srebrnych czterech cum reliquiis s. Sabinae, druga bez gałek cum reliquiis s. Ursulae.

Ręka srebrna cum stemmate Korzbok.

Ręka srebrna pozłocista z trzema kryształami.

Lichtarzy srebrnych z herbem Zalaszowskiego, archid. Poznan. 6.

Lichtarzy srebrnych po śp. Andrzeiu Szołdrskim, biskupie Poznan. 6.

Lichtarze te post JII. Szoldrski visitatione Hosiana nie są w liczbie wyrażone, były przecież sześć, z tych jeden w kaplicy Aniołów w r. 1749 ukradziono, Rev. Capitulum lichtarze dwa dęte stare na zrobienie szóstego lichtarza obróciło.

Lichtarzy mnieyszych srebrnych 6.

Lichtarze cztery od kościoła Słupeckiego kapituła kupiła, a na dorobienie dwoch lichtarze dwa stare i zepsute i drugie dwa stołowe wizytą Hozyusza wzmiankowane, tudzież vota różne do ołtarzy należące a mniey zdatne do użycia nalezione vi decreti a. 1780 die 5. Junii lati obróciła i też srebra okruchy tudzież vota na urobienie dopiero rzeczonych lichtarzy i dwóch Sabatników w tymże dekrecie a. 1780 specyfikowane.

Lichtarz wielki srebrny na pięciu essach do stawiania świec JII. Tholibowski.

Turybularze srebrne, z ktorych jeden naprawy potrzebuje, 2.

Łodki do kadzidła z dwiema łyżeczkami srebrnemi, z tych srebrna jedna, z perłowey macicy w srebro oprawna druga, 2.

Pastorały, jeden po Hozyuszu, drugi po Pawłowskim znajdują się 2.

Pastorał ten po Pawłowskim kupiony został przez śp. Walknowskiego, suffr. Pozn. i znowu tenże pietate eiusdem suffraganei kościołowi katedralnemu ofiarowany, pozwolony teraz jest użyciu dożywotnemu Biskupa de Mathy mediante decreto Capituli sub. 9. Octobr. a. 1780; ten zas Biskup de Mathy za to pozwolone użycie czerwonych zł. 20 pro re sacristiae ofiarował i zapłacił, tudzież pastorał tenże post sera sui fata kościołowi katedralnemu zostawić osobnym rewersem obowiązał się. Tholibowskiego pastorał (jest wzmianka), jakoby był śp. X. Czartoryskiemu pożyczony i przy kollegiacie warszawskiej miał pozostać. Uczyniona jest o to do rzeczoney kollegiaty rekwizycya, tandem pokazało się, że tegoz pastorału tam nie masz, a zatym nullum vestigium, gdzieby go szukać.

Kierce srebrne wielkie do noszenia w processyach znacznie pogięte 2.

Laski srebrne marszałkowskie 2.

Lampa srebrna z trzema łancuszkami takiemiz. Lampa ta po wizycie Hozyusza sprawiona, w którey robotę stara lampa obrócona.

Ampułek srebrnych pozłocistych z miseczką srebrną pozłocistą turkusami sadzonych para.

Ampułek srebrnych pozłocistych z miseczką srebrną para.

Ampułek srebnych z miseczką srebrną para.

Ampułek srebrnych bez miseczki do kielicha Penitencyarskiego para, które po wizycie Hozyusza accesserunt.

Sabatniki srebrne, każdy do trzech świec naypożniey sprawione 2.

Kociołek do wody święconey z trzonkiem do kropidła srebrnym srebrny.

Vascula pro oleis sacris srebrne 2.

Mszałow w srebro oprawnych 5.

Postament drewniany czarnego koloru na wielki ołtarz, na którym sztuczki srebrne mieyscami sadzone.

Pudełko do hostyi srebrne.

Tablica z słoniowey kości antiquitatis, w ktorey dawniey złożone było lignum vitae, ramiki srebrne tylko w trzech stronach znaydują się.

Złoto i srebro rożnych ołtarzy.

Ołtarza św. Krzyża.

Figura ukrzyżowanego Chrystusa Pana na srebrney pozłocistey blasze przybita.

Korona nad głową Crucifixi z promieniami złotemi, w niey dyamenciki i perełki.

Laska z trzciny do odstawiania firanków w trzech mieyscach obwiedziona srebrem.

Serca szczerozłote zmelcowane wiszące przy ręku 2.

Obraz mały na blasze cum effigie s. Joannis Cantii srebrem obwiedziony.

Obrazków małych na blasze similiter srebrem obwiedzionych cum effigie Bmae 3.

Ołtarza Najśw. Panny w kaplicy św. Krzyża.

Na obrazie sukienka srebrna mieyscami pozłocista bez korony nad głową, bo tey nie było.

Krzyż kryształowy wiszący.

*Ołtarza N. Panny Częstochowskiey.

Krzyżyk cum ligno vitae na obrazie.

Krzyżyk z figurą srebrną z trupią głową srebrną na czerwonym drzewie.

Tabliczka.

Ołtarza Flagellationis.

Obrazy pięknego malowania, jeden Christi Dni, drugi Bmae. z sukienkami srebrnemi, promienie i lilie cztery.

Na obrazie flagellationis korona czerwona srebrna, rozga srebrna, dyscyplina srebrna, serce przebite srebrne, funiculus w ręku, arundo srebrna, velum pod pasem srebrne, na ramieniu rana srebrna.

W kaplicy Szołdrskich.

Sukienka nowa srebrna na obrazie Najśw. Panny z koroną i dwunastu gwiazdami pozłacanemi, promienmi nad Panem Jezusem i figurą gołębia ze srebra.

Ołtarza św. Jana Nepomucena.

Palma srebrna wielka, effigies Crucifixi srebrna, obrazek Bmae Czestochoviensis na blasze, gwiazdek srebrnych 5, miecz św. Piotra zelazny, pacyfikały drewniane 2.

Tabernaculum miedziane całe wyzłocone, po nim gęsto rzucane kwiaty i różne floresy srebrne dęte z dwiema na bokach aniołkami także srebrnemi, na którego wierzchu jest Bóg Ojciec z srebra w promieniach miedzianych złoconych trzymający świat i berło srebrne, przez JW. dzisiejszego Pasterza kanclerza W. K. kościołowi temu ofiarowane, a z rozporządzenia kapituły całe wychędozone i w niektorych brakujących sztuczkach dopełnione za zapłatą złotnikowi złotych 700.

Krzesło porządne, u którego sztuki snycerskiey roboty, wyzłocone, poduszka i tył srebrem i jedwabiem haftowane.

Odłączenie sreber z inwentarza onychże w porządku obrócenia na inną robotę.

Pastorał po JW. Tarle, kielichow nayliższych i nadpsutych 6 z tylez patenami.

Trunienka cum stemmate JII. Tholibovii ogniem przepalona i gruzem zgnieciona.

Statua s. Petri cum clavibus, statua s. Mathiae, statua s. Stanislai, dzbanuszki dwa do kwiatów, tabernaculum, dalmatyka z blachy srebrney na powiększenie tabernaculi kupiona.

Blaszka srebrna od kanonu w sztukach czterych.

Feynsylbru z wypalonych galonków w wadze grz. 1 circiter.

Z ołtarza sw. Krzyża.

Sukienki ex effigie Beatissimae et s. Joannis, piersionek z rubinami, ramy w około Crucifixi, kwiaty cum mysteriis Passionis, obrączka złota przy perłach, łancuszek w pancerz na połtora łokcia długości za złoty miany, statuy srebrne klęczących aniołków trzymających serca i lichtarzy 2, korali małych sznurki 4 z krzyżykiem, numisma złocone w kształcie talera, tablic większych 12, serce podwoyne 1, tabliczek mnieyszych 3, item tabliczek 11, tabliczek in figura serc 7, tabliczek in figura pedis 5, tabliczek in figura twarzy ludzkiey 5, tabliczka in figura infantis pannis involuti 1, in effigie owiec 2, in effigie wołu 1, lubki 2, oczy w jedney tabliczce 2, ząb 1, noga w wadze grzywien 4 od niegdy W. Cywinskiego, tabliczka cum effigie Crucifixi 1, votum z wyrytym Ukrzyżowanym i pielgrzymem 1.

Krzyżyk szczerozłoty Sztuczki łancuszka szczerozłotego Tacka srebrna do pierścienia bez uszku	pietate Jll. Walknowski decori altaris s. Crucis applicanda.

Z ołtarza Rorate Gorczyno zwanego.

Korony z różnemi kamieniami 2, tabliczek in figura cordis 2, świat 1, gwiazda 1, lilia 1.

Z ołtarza Nayśw. Panny Częstochowskiey.

Sukienka jedna, korony 2, gwiazdek 15, serca na łancuszku 2, obrączki szczerozłote slubne 2, okulary 1, tabliczek 4, serce małe 1.

Z ołtarza sw. Owidego.

Tabliczki 2, figura infantis 1, palmy srebrney sztuki 2, Sandalia w sztuk 10, miecz w sztuki 2, trupia głowa z księgą 1, laur w sztuk 4, serce malenkie 1.

Z ołtarza Flagellationis.

Vota 6, obrączka srebrna od bursztynu 1.

Z ołtarza Bmae ante locum Capitularem.

Korony 2, item 2, stigmata 5.

Z ołtarza Aniołow Stróżów korona 1.

Z ołtarza sw. Jana Nepomucena tablic 3.

Z ołtarza czy z obrazu Bmae in capella SS. Corporis dawniey sytuowanego.

Korony 2, lilia 1, gwiazdek 3.

Pozostałe od lichtarzy srebro w sztuce ważącey dwie circiter grzywny.

Perły z ornata i infuły, na ktorey liczy się kamieni 34 i pomiędzy perłami łancuszki szczerozłote, tudzież z ołtarza sw. Krzyża pereł większych sznurków 6, mnieyszych sznurków 11, nadto pereł drobnych z ołtarza Gorczyno zwanego sznurków 2, na infule dwie perły znaczney wielkości.

»Wzwyz wyrazone srebra i perły, które znaydują się pod tytułem = Odłączenie srebr z inwentarza onychze w porządku obrócenia ich na inną robotę - jako nie są do zadnego użycia Kościoła katedr., władzą Biskupią pozwalam stopić a perły sprzedać, z tego zas srebra i pieniędzy, które za perły przyjdą, navprzód ma być sprawiona blacha srebrna pod Passyą w kaplicy Crucifixi Dni, powtóre, że nie masz wielkich lichtarzy srebrnych na Wielki ołtarz, przeto mają bydz trzy pary wielkich lichtarzy srebrnych sprawione, stosując się ile możności do modeli lichtarzy wielkich kościola Metr. Gnieżn. Co zaś zostanie srebra i pieniędzy za perły, to pragnę mieć obrocone częścią na dzwony częścią (jeśli się jeszcze wokroi) na organy. Zatrudnienie się zaś tym wszystkim zdaję na JJ. WW. XX. Rogalinskiego, dziekana katedr. i deputata Trybunału Kor., Xawerego Rydzynskiego Suffr. i archid., tudzież W. Gliszczynskiego kan. kat. Pozn. spodziewając się po ich roztropności i przywiązaniu do dobra i ozdoby kościoła katedr., że tą Prowincyą bardzo dobrze zatrudnią i onęż dopełnią. d. 18. września 1784.«

Antoni Biskup.

Nota: Descriptio paramentorum et linteaminum omittitur.

Sequitur Visitatio cleri minoris ecclesiae Cathedralis.

Collegium Paenitentiariorum.

Erectio huius collegii per olim Andream de Bnin, eppum Posn., anno 1445 die Veneris 12. Nov. facta, quae in pergameno authentico penes hocce collegium conservatur.

Ordo paenitentiariorum.

1. mus Illustris et Admodum Reverendus Franciscus Grochowski, collegiatarum in Summo B. M. V. praepositus, divae Mariae Magdalenae Posnan. primicerius, notarius Apost., ad praesentationem collegii vicariorum Cathedr. anno 1760 die 30. Aprilis institutus et introductus.

2. Jll. et Adm. Rev. Mathaeus Woyciechowski, ecclae s. Laurentii Xenodochialis extra Summum Posn. praepositus, ad praesentationem Młodziejowski, eppi Posn., die 18. Decembris a. 1773 institutus et introductus.

3. In locum Jllris Jüngling, qui beneficium Paenitentiariae resignavit, successit Illris Joannes Polenski psalterista, die 2. Junii a. 1780 institutus ad praesentationem Lociordinarii feliciter moderni.

Proventus certi huius collegii et obligationes.

1. Per Andream eppum fundatorem habet sibi cessas in vim dotis decimas in villis Muchnowo, Muchnice et Lipinskie, ratione quarum percipiunt Paenitentiarii quotannis accordatam summam 270 flor. Idem episcopus incorporavit huic collegio quatuor altaria, prout antiquiores Visitationes edocent, quorum tria ab antiquo sublata cum suis reditibus, quartum vero ss. Trinitatis hucusque possident cum obligationibus cantandi missam votivam de eadem ss. Trinitate, ut infra patebit. Item idem Episcopus incorporavit decimam de villa Staniewo prope Koźmin et obligavit ad decantandas votivas diebus Dominicis de ss. Trinitate, sed hae non percipiuntur neque unquam in possessione illarum fuisse collegium dignoscitur, missa tamen votiva eiusmodi cantatur, sed ex alia fundatione, prout paulo infra.

2. Ex fundatione olim Alberti Tholibowski, eppi Posn., percipiunt Paenitentiarii censum annuum fl. 140 a summa capitali 4000 fl. pol. primitus in et super bonis Nekla, Starzynowo, Strozki coram actis Cast. Pyzdren. fer IV. in crastino Assumptionis BMV. anno 1662 recognita in post translata, et haeret super bonis Grylewo, distr. Kcynen., actis Castr. Posn. fer. II. post fest. s. Margarethae V. a. 1685 inscripta cum onere absolvendi per unumquemque paenitentiarium missam unam in qualibet septimana.

3. Censum a summis originalibus, prima 933 fl. pol., altera 200 aureorum hung. in et super bonis Bielawy et Chojnica

actis Castr. Posn. a 1598 inscriptis, a quibus summis originalibus simul iunctis penditur census annuus in quota fl. 171 cum obligatione apponendi collectas in missis quotidianis pro anima fundatoris, duas votivas celebrandi, unam de Assumptione, alteram de Conceptione BMV. infra octavas eorundem festorum.

4. Census a summa originali 1300 fl. in et super bonis Bądlin act. Castr. Posn. fer. II. post fest. s. Margarethae V. anno 1629 inscripta. Praefatus census percipitur quotannis cum obligatione duas missas singulis septimanis absolvendi in quota fl. pol. 45 gr. 15.

5. Census a summa originali 3000 fl. pol. super bonis Garby prope Swarzędz iudiciis capturalibus post Dom. Invocavit a. 1697 inscript. Haec summa applicata est altari ss. Trinitatis collegio dicto incorporata, a qua quotannis collegium hoc percipit censum fl. 105 cum onere decantandi qualibet Dominica votivam de ss. Trinitate cum adhibito cantore, cui etiam ex praefato censu collegium dictum solvere tenetur. Obligatio adimpletur.

6. Census fl. p. 35 a summa originali 1000 fl. super bonis oppidi Czerniejewo act. Cast. Posn. fer. II. post Dom. Jubilate proxima a. 1690 inscr. cum onere absolvendae missae unius qualibet hebdomada pro anima Alberti sacerdotis.

7. Summa originalis 200 aureorum hungar. in et super bonis Oleyszno nunc in regione Borussorum regis consistentibus act. Castr. Posn. fer. II. post Dom. Misericordiae proxima a. 1560 inscripta. Ex censu ad praesens quotannis proveniente obligatio absolvendi duas missas votivas qualibet septima, unam videlicet de ss. Trinitate, alteram de BMV.

8. A summa originali 1800 fl. super bonis Sokolniki act. Castr. Posn. fer. II. post fest. s. Margarethae V. et M. a. 1650 inscr. census quotannis provenit in quota fl. 63 cum onere unius missae septimanatim absolvendae et anniversarii semel in anno pro anima fundatoris decantandi, qua die etiam pro eodem fundatore ad missas absolvendas tenentur. Ex eodem censu pauperibus fl. 15 cedere debent.

9. A summa 300 fl. p. super bonis Gwiazdowo fer. II. ante fest. s. Margarethae V. M. in Cast. Posn. a. 1627 inscr. census annui ad praesens fl. 10 gr. 15 pro tribus votivis de s. Paulo et totidem de Requiem.

10. A summa 500 fl. super bonis Zydowo actis iisdem sub tempus iudiciorum Castr. s. Joannis Bapt. a. 1699 inscr.

census annui fl. 17 gr. 15 cum onere quatuor anniversaria cum missis duodecim pro animabus benefactorum absolvendi.

11. A summa 1000 fl. fundationis olim Stanislai Rudnicki, paenitentiarii Cath., in et super synagoga Posn. coram act. Castr. Posn. a. 1723 fer. III. post fest. ss. trium Regum recognita cum imposita obligatione unius missae absolvendae qualibet septimana; approbatio huius fundationis in Consist. Posn. die Lunae 19. Dec. a. 1775 subsecuta. Census nunc quotannis provenit in quota fl. 35.

12. A simili summa 1000 fl. fundationis honoratae Barbarae Zywinska super eadem synagoga act. Castr. Posn. fer. VI. post Dom. Judica a. 1731 inscripta census annui fl. 35 cum onere duorum anniversariorum cum missis sex absolvendorum.

13. Summa 2150 fl. p. de bonis Łukowo levata super dicta synagoga Posn. de consensu Rev. Officii Consistorialis Posn. sub die Lunae 21. Augusti a. 1741 subsecuto act. Castr. Posn. fer. II. post fest s. Bartholomaei anno eodem inscripta. Census pendendus fl. 75 gr. 7½ cum onere missarum septimanatim absolvendarum pro animabus benefactorum.

14. A summa 300 fl. de bonis Wierzenica translata super eadem synagoga locata act. Consist. Posn. mense Maio a. 1733 inscripta census fi. 10 gr. 15. Obligatio absolvendi decem missas per annum pro animabus benefactorum.

15. A summa 3000 fl. p. fundationis olim Francisci Libowicz, can. Posn., super bonis Nowawieś act. Castr. Costen. sabbato post fest. s. Mathaei Ap. a. 1728 per Gener. Vladislaum Dzierzanowski in rem eiusdem canonici inscripta actisque iisdem fer. VI. post Dom. Quinquagesima a. 1734 per eundem Libowicz in personas collegii Paenitentiariorum transfusa census annui fl. 105 cum obligatione iuxta quantitatem census provenientis totidem missas absolvendi, alias cum determinatione stipendii floreni unius pro unaquaque missa. Item superaddi solebant fl. 30 a procuratore ex eadem fundatione collegii vicariorum ex summa eidem collegio super bonis Swięcichowa inscripta, ad praesens ex diminutione censuum adduntur fl. 7 cum simili onere missarum.

16. A summa 300 fl. p. de horto quondam Plesniewiczow, ex post Teperowskich, tandem famati Reyd, civis mercatoris Posnan., in suburbio s. Martini sito, ad praesens honorati Forbesa, civis mercatoris Posn., coram officio Consulari Civitatis S. R. M. Posnan. fer. IV. ante fest. s. Michaelis a. 1684

inscripta census flor. 10 gr. 15 cum obligatione celebrandi duas missas quolibet mense.

17. A summa 100 fl. de bonis Kęblowo levata super synagoga Grodecen. translata a. 1750 act. Castr. Posn. in vig. festi natalis s. Joannis Bapt. inscripta et obligata census fl. 3 gr. 15 cum obligatione duarum votivarum in anno.

18. A summa 200 fl. super domo quondam Gawarickich, ad praesens famatae Trelewska, civis Chwaliszew., actis Consist. Posnan. a. 1665 inscripta census fl. 7, obligatio absolvendi duas missas quolibet anno pro anima fundatoris.

19. A summa 1000 fl. fundationis Thomae Czernicki, paenitentiarii Cath. Posn., census annui ad praesens percipiuntur in quota fl. 50, obligatio absolvendi per Paenitentiarios tres ordinarios, quartum ordinis Praedicatorum et secretarium Capituli anniversarium cum missis pro anima eiusdem benefactoris. Summa haec originalis inter summas Capituli Cath. super bonis Konino haerentes comprehenditur.

20. A summa 2000 fl. fundationis olim Aloisii Dunski sacerdotis super bonis Swięcichowa act. Castr. Costen. a. 1735 inscripta census, qui nunc in quota fl. 70 penditur, pro votiva de Conversione s. Pauli ipso die festo et in crastino pro anniversario decantando cum missis pro anima eiusdem fundatoris absolvendis dispositus.

21. Habet hoc collegium molendinum dictum Olszak prope Kobylepole, sed propter distantiam minus emolumenti affert. Molitor contribuit tantum quotannis 18 metretas antiquae mensurae siliginis. Privilegium huius molendini extat in Capitulo Cathedrali in Librum privilegiorum inductum.

Summa 1400 fl. de bonis Smieszkowo per decretum Castrense Posn. a. 1761 latum deportata et cum aliis summis ad massam convertendorum spectante summam totalem 8500 fl. efficiente in quaestionata moneta ante subsecutam immediate reductionem coalita ad cartam chirographariam Mgfco Kezewski, capit. Sremen., ad spatium unius anni mutuo data, quae subsecutis eiusdem fatis integra cum suo censu deperiit, ecce qua ratione id factum!

Mgfcus olim Swiniarski, bonorum Smieszkowo haeres, citavit paenitentiarios pro levatione summae originalis sperans brevi subsecuturam reductionem monetae Bąki vocitatae, ideo praevio decreto iudicii Castrensis de actu prout supra eandem deportavit, quam taliter levatam, cum nullibi Paenitentiarii locare possent,

supradicto Mgfco Kezewski modo praemisso ad certum tempus mutuo dederunt cum animo eandem iam stabilita moneta repetendi, interium stante processu saepe dicto Mgfco Kezewski instituto mors eiusdem subsecuta omnes impressit conatus, quia substantia relicta in territorio regis Borussiae consistens maternae substantiae successoribus adiudicata, de haereditaria vero eiusdem creditoribus vix in vigesima parte cessit, et sic summa 8500 fl. in loco ultimo posita inter concreditores collocari non poterat.

Obligatio Paenitentiariorum.

Juxta statutum fol. 63 tenebantur Paenitentiarii unanimiter et simul convenire ad ecclesiam Cathed. singulis diebus et usque post elevationem in summa conventuali sessionem in confessionali saltem alternatim continuare.

Paenitentiarii ex statuto olim episcopi Lubranski fol. 44 locum in processionibus post vicarios mediate ante canonicos, in choro etiam primum locum ante vicarios habere debent salvo stallo secretarii Capituli.

Curiae residentiales Paenitentiariorum:

1.ma proxima Seminario possessionis Polenski integra lignea, per olim Stanislaum Rudnicki paenitent. extructa, sepimento circumducta, habet et hortum pro oleribus ad ripam rivuli defluentis.

2. possessionis Woyciechowski ad parietem templi s. Laurentii per olim Nicolaum Zalaszowski, archid. Posn., et Hieronymum Wierzbowski suffrag. de solido muro extrui coepta et per olim Hyacynthum Krynicki, secret. Capituli et paenitent. Cath., in suo opere plenarie perfecta, integra murata cum bina contignatione.

3. possessionis Grochowski prope ecclesiam s. Barbarae per honoratam olim Barbaram Zywinska pro uno Paenitentiario, altera secretario Capituli et sacristiano tertio Cathedrali testamento pro mansione eorum disposita, uti patet tam ex recognitione eiusdem honoratae Zywinska actis Capitul. connotata, quam et ex Visitatione Tarłoviana. Ceterum Visitatio olim episcopi Hozyusz diversum sonat, illam residentiam nonnisi Paenitentiario spectare debere in fundamento dispositionis seorsivae puncto codicilli dictam residentiam soli Paenitentiario assignantis, prout idem ius Paenitentiarii fulcitur etiam decretis Capitularibus.

Victima caritatis

seu fundatio pro convertendis et conversis ad sanctam fidem orthodoxam catholicam subiecta est regimini Paenitentiariorum Cathedr. vigore erectionis in Consist. Posn. sub die Lunae 16. Febr. a. 1750 subsecutae. Qui Paenitentiarii ex censibus a summis infra specificatis provenientibus neoconversis aliquo modo, prout fusius eadem erectio sonat, subministrare tenentur estque eiusmodi:

1. Census a summa 12 000 fl. p. fundationis primae Dunski, ecclae paroch. Bucoviensis curati, (super qua memorata stetit erectio) in et super bonis oppidi Święcichowa act. Castr. Costen. a. 1735 inscripta, ex quo quidem censu quota 100 fl. converti debet pro votiva de Conversione s. Pauli die cadenti cum praeludio organorum et cantore decantanda ac in crastino eiusdem diei cadentis pro anniversario cum missis per Paenitentiarios absolvendo.

2. Summa 2000 fl. super bonis Civitatis Posn. fer. VI. in vig. s. Jacobi Ap. a. 1744 inscripta.

3. Summa 1000 fl. super bonis primitus Brody inscripta, ad praesens sub protectione Capituli Cath. Posn. haerens, a qua censum provenientem massa Capitularis solvere solet.

4. 2000 fl. super bonis Wolsztyn fer. IV. post fest. Conversionis s. Pauli in Cast. Posn. a. 1753 recognita.

5. 3000 fl. de bonis Smieszkowo levata cum aliis summis, ut praemissum superius, Mgfco Josepho Kezewski, capit. Sremen. ad chartam chirographariam ad certum tempus mutuo data, quae deperiit, ut dictum est.

6. 1000 fl. p. in et super bonis Turostowo in Castr. Posn. in vig. ss. Petri et Pauli Ap. a. 1765 inscripta.

7. 2000 fl. in et super bonis Łopuchowo in Castr. Posn. fer. IV. post fest. s. Laurentii a. 1755 recognita.

Summa summarum fundationis Krynicciana fl. 14 000. Tertio ex fundatione olim Thomae Czyrnicki, paenitentiarii Cath. ac praepositi ecclae s. Adalberti extra Posnaniam, summa originalis 4000 fl. apud saepe dictum Kezewski, capit. Sremen., periit similiter. Quarto summa 2000 fl. ex collecta de decanatibus dioecesis Posnan. pro conversis coalita super bonis Turostowo per Gen. Isidorum Bartoszewski act. Castr. Posn. fer. VI. in vig. ss. Petri et Pauli Ap. a. 1765 inscripta.

De perceptis et expensis pro re convertendorum et litis expensarum ad nexum erectionis in Officio Consist. Posn. rationem Paenitentiarii praestare tenentur.

Paenitentiarii exhibuerunt impertitam a. S. Sede facultatem absolvendi a casibus eidem Sedi reservatis ad triennium duraturam.

Praeter tres Paenitentiarios ordinarios in ecclesia Cath. Posn. constitutus est quartus Paenitentiarius ordinis Praedicatorum ex fundatione Joannis Branecki, suffrag. Posnan. in ecclesia Cath. archid. Psceven., cui pro dote assignavit is idem fundator censum a summa originali 3000 fl. super bonis suis haereditariis Chwalczyce inscripta et assecurata conventuique ordinis Praedicatorum applicata cum obligatione unius missae qualibet septimana absolvendae tum, ut unus e gremio Religiosorum electus et constitutus Paenitentiarius praevio nihilominus placito Capituli ecclesiam Cathedr. singulis diebus Dominicis et festivis adire ibidemque ad excipiendas Christi fidelium confessiones teneretur. Census a praefata summa hucusque super Chwalczyce haerente memoratus conventus Posnan. ordinis Praedicatorum sibi vindicat.

Item paenitentiarius Religiosus percipit annuatim ex massa Capituli fl. p. 60, alias pro rata ss. Trium Regum fl. 30 et totidem pro rata s. Joa. Bapt.

Decretum constitutionis huius paenitentiarii ad postulationem Joa. Branecki prolatum, in Capitulo gener. s. Martini a. 1650 connotatum pag. 293.

Vicedecanus, praecentor et vicecustos.

Vicedecanus Illris Adm. Rev. Joannes Woyciechowski, vicarius Cath. et praepositus collegiatae s. Nicolai extra Summum Posn. sitae, per olim decanum Cathedr. Myszkowski (cui sicuti vicariorum sic et vicepraelatorum institutio competit) institutus. Eius officium est cantui in choro, ne sit negligentia, providere, monere et ad decanum renitentes deferre, secundo capitula vicariorum convocare eaque tum particularia quam generale circa festum ss. Simonis et Judae Ap. celebrare in iisdemque praesidere. Item vicedecami muneris est etiam directoria officiorum divinorum componere eaque typis mandata pro commodo cleri dioecesani praevia sibi proportionate subsequenda pro typo refusione distribuere.

Praecentor Adm. Rev. Blasius Sankiewicz, vic. Cath. et colleg. s. Nicolai can., per Andream Myszkowski decanum Cath. a 1767 institutus. Eius officium in Eccl. Cath. antiphonas intonare et ad cantum intendere. Pro dote et fundo

habuisse ministerium in capella Gwiazdowiana, ad praesens s. Joa. Nepom., legitur in Visitatione Tarło eppi, quod idem olim Visitator collegio Vicariorum applicavit cum obligatione unum e gremio sui idoneum in praecentorem eligendi et pro praesentatione ac institutione ad quem de iure remittendi. Percipit praecentor pro munere suo a Capitulo siliginis avenas duas.

Vicecustos Adm. Rev. Antonius Cudniewicz actu presbyter per decanum a. 1780 institutus. Habuit vicecustos pro dote decimas de villa Radzymy sub parochia Kazmierz ex decem mansis per Capitulum assignatas et annexas a. 1624, ratione cuius habentur decreta, primum iudicii terrestris Posnan., alterum Tribunalis Regni Petricovien. de a. 1631 latum, tum contractus inter vicecustodem ab una et Gener. Ursulam Prusiemska possestricem ab altera partibus, quo se obligavit soluturam quotannis vicecustodi pro eadem decima manipulari per fl. 26, a. 1633 die 26. Junii initus.

Item vicecustodi applicata summa 1000 fl. super bonis Gay distr. Costen. act. Castr. Posnan. fer. II. ante fest. s. Mathaei Ap. et Ev. a. 1663 inscripta fundationis olim Andreae Swiniarski, decani Cath., cum obligatione absolvendarum missarum ad altare s. Crucis pro anima dicti fundatoris. Census a praetacta summa solvi solet in quota 35 fl. per Mgfcum Kęszycki, capitan. Mosinensem, tanquam eorundem bonorum suo iure possessorem. Item summa 1500 fl. per olim Wydzierzewski, custodem Cath., legata et disposita, a qua medietas census pendentis cedere debet vicecustodi, altera sacristiano et campanatoribus Cath. Haec summa primitus locata super bonis Wituchowo, tandem super Xiężno, ad praesens super Zalesie minus cum aliis summis locata, prout videre est inter summarum cathalogum Capituli de actu et feria inscripta.

Item praeter annexa altaria, primum ss. Trium Regum et alterum Purificationis B. V. Mariae inferius descripta vicecustos habet adhuc incorporata ministeria bina, primum sub titulo ss. Apost. Petri et Pauli in capella, ut praesupponitur, SS. Corporis iuxta Visitationen Opalinski eppi erectum super censu a summa 100 fl. super bonis Więckowice a. 1551 coram act. Castr. Posn. in crastino festi natalis S. Joa. Bapt. inscripta, a qua quidem licet exigua summa census ab a. 1766 non solvitur, secundum ministerium sub titulo s. Agnetis, Barbarae et Sophiae Virg. et Mart. in capella Mansionaria quondam per Albertum eppum a. 1408 erectum.

Praeter alios proventus, qui in Visitatione Opalinsciana attinguntur, habet etiam percipiendum censum a summa 36 marcarum mediorum latorum grossorum super bonis Koszuty sub actu in Soleczna fer II. ipso die festi s. Margarethae V. et M. a. 1450 inscriptum. Item censum a summa 24 marcarum grossorum Pragensium super iisdem bonis Koszuty de eodem actu et feria inscripta, respectu quarum utriusque summae prodiit decretum Tribunalis Regni Petricov. a. 1687 ex actoratu vicecustodis Cathedr. declarans, marcam unam valere debere fl. pol. sexdecem currentis in Regno monetae, sed ab annis aliquot retenti census iure vindicandi sunt.

Item Capitulum Cath. Posnan. vicecustodi intuitu supportati oneris solvit quotannis marcas quatuor cum additamento fl. duorum fundationis olim Nicolai Zalaszowski, archid. Posnan.

Officium vicecustodis est ordinem circa altaria et custodiam sacristiae seu supellectilis ecclesiasticae adhibere, ideo, antequam constituatur, iurare debet super servanda fidelitate, regimen servitorum in sacristia, videlicet sacristiani et campanatorum, qui similiter omnes debent esse iurati. Tertio vindicare proventus pro cera, thure et oleo quondam ab Abbatia Lub(l)inensi, quando abbas installari solebat (tenebatur), ad praesens abbates neglecta installatione nil quidquam etiam contribuere nolunt.

Collegium Vicariorum.

Constat ex privilegio Andreae, episcopi Posnan., in crastino festi ss. Petri et Pauli Ap. anno 1300 dato vicarios ecclae Cath. triginta tres fuisse, mutatis tandem temporibus mutatum esse numerum vicariorum et per Visitationes Opalenianam et Lubienianam eosdem vicarios ad numerum duodecim reductos esse cernitur. Tandem Albertus Tholibowski stante incursione suetica eosdem vicarios ad numerum sex, prout hodie est, restrinxit.

Ius praesentandi vicarios sive post cessum vel decessum illorum Rev. Capitulo competit, salva tamen prius per vicarios novi vicarii ad collegium aspirantis per spatium duarum septimanarum vocis probatione, libera electione (si plures fuerint) et ad Rev. Capitulum remissione, qui modo praemisso praesentati a decano Cathedr. Posn. vigore sui iuris (de quo dicetur inferius) vicarii semper solent institui.

Adm. Rev. Joannes Woyciechowski, vicedecanus Cath. Posn., qui ad vicariatum a. 1761 die 5. Aug. promotus, eodem anno die 8. Aug. institutus et 13. Aug. installatus.

Adm. Rev. Blasius Sankiewicz praecentor, qui ad vicariatum a. 1761 die 10. Dec. promotus, anno 1767 die 26. Jun. pro sua vicepraelatura institutus, eodem anno installatus.

In locum Adm. Rev. Walicht duo vicarii constituti sunt, utpote Antonius Cudniewicz et Valentinus Bryll per Rev. decanum die 8. Jan. 1780 instituti.

Praeter vicepraelatos tres sunt vicarii, videlicet Adm. Rev. Lucas Metelski a. 1764 die 7. Dec. ad vicariatum promotus, eodem anno et die canonice institutus, die 10. Dec. installatus.

Adm. Rev. Paulus Taszewski a. 1766 praesentatus, eodem anno die 11. Mart. institutus, die 13. eiusdem mensis installatus.

Adm. Rev. Laurentius Florkowski anno 1770 ad vicariatum promotus, eodem a. 3. Aug. institutus, 4. vero Aug. installatus.

Proventus Collegii.

Iura proventus Collegii vicariorum concernentia ex variis bonis provenientes: Praecipuus praedicti Collegii fuerat proventus ex decimis collectus, siquidem specialiter super iisdem fundatus; compositas pecuniarias percipiebat, sed his stantibus parum quidquam (prout suo loco annotabitur) percipit Collegium.

1. Summa fl. 100 fundationis olim Rev. Lucae Zgierski pro missa votiva de Conceptione BMV. super Budziszewo locata act. Cast. Posn. post fest. s. Aegidii Ab. a. 1645 inscripta, a qua altarista Cath. tertii ministerii in capella ss. Angelorum Collegio vicariorum quotannis censum persolvere tenetur. Census hic ab a. 1761 retentus.

2. Summa fl. 60 de Babino sub parochia Szroda pro decima manipulari proveniens, per Seren. olim Casimirum III., regem Poloniarum, pro mensa Collegii vicariorum condonata, prout ex transumpto privilegii a. 1414 liquido constat.

3. Summa marcarum 312 ex duabus summulis collecta, fundationis olim Urielis Gorka, eppi Posn., pro duobus anniversariis per annum absolvendis ex censu annuatim proveniente super bonis Brody distr. Posn. locata, prima marcarum 112 actis Cast. Posn. fer. III. in crastino festi s. Joa. Bapt. ex censu... inscripta, secunda marcarum 200 de Chodzież translata act. terrestr. Posn. fer. II. post Dom. Misericordiae a. 1637 ex censu annuo marcarum 10 Collegio vicariorum obligata. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

4. Census a summa marcarum 200 ignoti fundatoris de bonis Rosforowo et Myszki 1599 levata, eodem anno super bonis Brzezno distr. Posn. locata Collegio vicariorum inscr.

5. Census a summa flor. sive aureorum hungaricalium 300 fundationis olim Adami Konarski, eppi Posn., pro 24 missis votivis de SS. Trinitate pro anima dicti fundatoris absolvendis et cantandis super bonis Brzeźnica distr. Costen. locata, act. Cast. Posn. Sabb. post fest. s. Joa. Bapt. a. 1595 Collegio vicariorum inscripta. Census praedicto iure evictus iuxta novellam legem percipitur, obligationi satisfit.

6. Census a summa marcarum 100 ignoti fundatoris super bonis Blizyce et Jablkowo dist. Gnesn. act. Cast. Posn. Sabb. post fest. OO. SS. a. 1511 ex censu annuo marcarum 8 Collegio vicar. inscripta. Census iste iuxta novellam legem percipitur.

7. Capitulum Posn. pro decima de Trzcielinko et aliis bonis proveniente solvit quotannis Collegio vicar. marcas 9, videlicet in supplementum mensae eorundem.

8. Census a summa marcarum 300 super bonis Charzewo dist. Gnesn. locata, et quidem marc. 200 act. Cast. Posn. fer. II post fest. s. Margarethae V. et M. 1623, altera marc. 100 actis iisdem fer. III. in crastino festi s. Joa. Bapt. 1624 recognita. Census iste iuxta novellam legem percipitur.

9. Summa fl. 6000 fundationis Christophori Wodzynski, can. Posn., pro mensa vicariorum testamento legata, sed Capitulum Posn. imposuit Collegio vicariorum obligationem singulis hebdomadis unius missae lectae absolvendae pro anima praedicti fundatoris, quam obligationem grato animo suscepit Collegium. Haec summa super bonis Chodowo, Dzierzbie, Niewierze et Niwki distr. Lancicien. sitis act. Cast. Lancic. Sabb. post fest. Transfigurationis D N J Ch. a. 1699 inscripta, cuius inscriptionis oblata in cast. Posn. fer. II. ante fest. Assumptionis BMV. anno eodem. Census ad annum 1768 percipiebatur, abhinc retentus vindicandus est.

10. Census a summa fl. 1000 fundationis olim Hieronymi Wierzbowski, eppi Fessensis, suffrag. et officialis Posn., super bonis Chwalczyce cum attinentiis in distr. Gnesn. locata act. Cast. Posn. fer. II. ante fest. Assumptionis BMV. proxima a. 1699 Collegio vicariorum inscr. Census ab eodem proveniens percipitur. Hic census per praedictum fundatorem ordinatus pro absolvenda oratione de Passione Domini, videlicet Gloria tibi suavissima dulcissima etc. post quamlibet horam canonicam cantatam vel

lectam flexis genibus per vicarios recitanda, obligationi de integro satisfit.

11. Census a summa marcarum 520 quattuor fundatorum, de quorum nominibus non constat, ex quattuor summulis collecta super bonis Choyno, Golejewo, Grąbkowo et Szląskowo distr. Costen. locata et officiose obligata. Prima marcarum 50 de bonis Budziszewo distr. Posn. levata et super bonis Choyno fer. III. post Dom. Invocavit 1514 vicariis inscripta, secunda marc. 170 primitus de bonis Łącko, Boguszyno, Radomicko et Drogoszyno, tandem de bonis oppidi Buk et villis Błażejewo, Czołowo et Przewoz levata super Golejewo, Grąbkowo et Szląskowo act. Cast. Posn. fer. IV. post fest. s. Francisci 1523 inscripta et obligata, tertia marc. 200 de bonis Palędzie, Dąbrowa maiori et Skorzewo deportata et super bonis praefatis Golejewo et Choyno locata act. Cast. Posn. fer. III. post Dom. Invocavit 1551 inscripta, quarta marcarum 100 de bonis Chomęcice et medietate villae Rosnowo exempta et super Choyno act. Cast. Posn. fer. II. in vigilia Purificationis BMV. 1552 recognita et obligata. Census persolvitur.

12. Magistratus Costensis pro decima de bonis Czarkowo et Nacław Collegio annuatim proveniente solvit compositam fl. 10 per speciale privilegium pro mensa vicariorum applicatam.

13. Census a summa fl. 500 ignotorum fundatorum ex tribus summulis collecta, et quidem prima 250 marc. de oppido Krotoszyn, secunda 50 marcarum de lapidea quondam famati Arnold levata, tertia fl. 20 famato Jacobo Depczynski, pictori civi Posnan., ad chartam chirographariam act. Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Petri in Vinculis a. 1778 roboratam mutuo data. Census percipitur.

14. Census a summa fl. 375 gros. 18 investigabilis fundatoris super bonis Gwiazdowo distr. Gnesn. locata act. Cast. Posn. fer. VI. in crastino festi natalis s. Joa. Bapt. 1627 inscripta, iuxta praeiudicata percipitur.

15. Census a summa marcarum 100 investigabilis fundatoris super bonis Golenia distr. Pyzdren. locata act. Cast. Posn. fer. V. ante fest. Translationis s. Adalberti 1530 recognita.

16. Composita marcarum 5 pro decima ex praedio Gay nuncupato ad civitatem S. R. M. Posn. spectante fundationis Regiae pro mensa vicariorum quotannis proveniente. Usus ipsius ad annum 1695 probatur, ad praesens cessat.

17. Census a summa fl. 5000 fundationis Praemislai II., regis Poloniae, super bonis Gorczyno civitatis S. R. M. Posnan. pro

praedio Kałek dicto villae Gorczyno adiacente et 20 mansis in Gorczyno sitis per Ser. olim Praemislaum II., Poloniae ducem, Collegio vicariorum Posn. cum obligatione singulis totius anni diebus missam unam ad altare BVM. Gorczynense dictum de SS. Trinitate, diebus vero sabbativis de Beata absolvendi donatis, per nobilem vero Magistratum Posnan. praevio s. Sedis beneplacito et consensu Lociordinarii emptis act. Cast. Posn. in vigilia Exaltationis s. Crucis a. 1609 ex censu annuo fl. 300 Collegio vicariorum inscr. et obligato, non obstante temporum calamitate, hostilitate etc., sed perpetuis temporibus persolvendo, nihilominus census hic iuxta novellam legem, videlicet in fl. 175 percipitur.

18. Census a summa marc. 100 de bonis Starkowice et Rzewąchowo levata super bonis Herstop et Dłusko distr. Posn. locata act. Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Dorotheae 1539 inscripta. Census percipitur.

19. Census a summa fl. 300 ex tribus summis conflata, et quidem prima fl. 100 de bonis Zabno, secunda fl. 100 de bonis Łęki maius, tertia fl. 100 de domo famati Joannis Mietkowski, civis Chwaliszew., translata et super domo fam. Hincz in Garbary sita a. 1751 mense Febr. coram actis Consistorii Posn. inscripta.

20. Census a summa fl. 1500 fundationis olim R. Lucae Zgierski, vic. Posn., super bonis Jabłkowo dist. Gnesn. locata act. Cast. Posn. fer. II. post fest. Visitationis BVM. 1653 recognita pro iuniore vicario, qui cum aliis praebendariis missam votivam de Beata, quae incipit Rorate, in eccl. Cath. singulis diebus cantaret et die sabbathi missam pro anima Lucae sacerdotis lectam absolveret, per fundatorem disposita.

21. Census a summa marc. 200 super bonis Jarosławiec dist. Pyzdr. locata act. Cast. Posn. fer. V. in vigilia s. Mariae Magdal. 1558 inscripta. Census hic iure vindicatus ad praesens iuxta praeiudicata percipitur.

22. Census a summa marc. 100, alias de bonis Bzowo marcae 88 et de Palędzie marcae 12 translatae et super bonis Karchowo distr. Costen. act. Cast. Posn. Sabb. in vigilia Pentecostes 1519 inscriptae.

23. Census a summa fl. 100 super bonis Knyszyno dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. II. post fest. Visitationis BMV. 1693 inscript.

24. Census a summis, et quidem prima marc. 58 de bonis Widzim et Wiatrowo levata coram act. Cast. Posn. f. V. ante

fest. s. Agnetis V. et M. 1520 super bonis Kluczewo dist. Costen. recognita, secunda fl. 150 de bonis Luboń et Objezierze translata super iisdem bonis act. Cast. Posn. sabb. in vigilia Assumptionis BMV. 1535 assecurata, tertia marc. 100 de bonis Cmachowo exempta pariterque super Kluczewo act. Cast. Posn. fer. III. post fest. s. Francisci 1538 recognita.

25. Census a summa marc. 200 de bonis Konarzewo levata et super bonis Kłuny distr. Pydr. act. Cast. Posn. fer. IV. ante fest. BVM. ad Nives inscripta.

26. Census a summa marc. 300, primo de bonis Podlesie et molendino ibidem consistente, tum de bonis Kretkow et Zerniki, tandem de bonis Palędzie, Dąbrowa maiori et Skorzewo distr. Posn. levata et super bonis Kuklinowo dist. Pyzdr. act. Cast. Posn. fer. III. post Dom. Invocavit 1552 ex censu recognita. Census hic iuxta praeiudicata percipitur.

27. Census a summa marc. 24 de bonis Gowarzewo minus levata et super bonis Krzeslice dist. Gnesn. act. Cast. Posn. sabb. in festo s. Nicolai 1511 inscripta.

28. Ex bonis Kroslino dist. Posn. vicariis competebat decima, loco cuius iuxta compositionem canonicam per olim Albertum Tholibowski eppum approbatam percipiunt annuatim marcas 5. Item de bonis Strykowo fertones decimales, loco quorum iuxta similem compositionem per eundem eppum ratificatam percipiunt fl. 7 gr. 6.

Praeter compositam pro decima et fertonibus Collegio vicariorum competentibus haeret adhuc summa triplex super praefatis bonis Strykowo, prima marcarum latorum grossorum 48 de bonis Międzyliscie act. Cast. Posn. fer. V. ante Dom. Reminiscere 1556 inscripta, secunda summa marc. 50 de bonis Parzęczewo distr. Posn. levata et super dictis bonis Strykowo act. Cast. Posn. sabb. ante Dom. Palmarum 1527 ex censu marc. 4 Collegio vicar. obligata, tertia marc. 78 ex bonis Marszewo dist. Costen. deportata et super saepedictis bonis Strykowo act. Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Margarethae V. et M. 1631 Collegio vicar. recognita. A summis marc. 50 et 78, tum composita pro decima et fertonibus ex Kroslino proveniente census ad praesens persolvitur, a summa vero 48 marc. latorum grossorum retentus est.

29. Census a summa fl. p. 2800, prima fl. 1000 de bonis Piotrowo dist. Costen., tandem de Łukowo levata et super bonis Kunino dist. Posn. act. Cast. Posn. f. II. in crastino s. Mathaei Ap. 1738 inscr., secunda fl. 1000 fundationis Rev. Mathiae Rączkie-

wicz, vic. Cath. Posn., pro 24 missis de Requiem pro anima eiusdem absolvendis testamento ordinata, tertia 800 fl. fundationis olim R. Gaspari Felixiewicz, vicecust. Cath. Posn., pro duobus anniversariis in suffragium animae eius absolvendis disposita, utraque summa super bonis Kunino act. Cast. Posn. f. VI. post fest. s. Martini Pont. 1760 Collegio vicariorum inscripta. Haec summa 1800 fl. sub protectione Capituli existit.

30. Census a summa fl. 400 de bonis Chudzice et marc. 100 de oppido Janowiec levata super lapidea aciali in platea cerdonum vulgariter Garbary dicta quondam Helbingow, ad praesens famatorum Lye, civis sutoris Posn., act. Consist. gener. Posn. 1750 die 16. Febr. inscripta. Census hic cum magna difficultate percipitur.

31. Census a summa fl. 300 fundationis olim Mathiae Lubienski, eppi Posn., pro anniversario quotannis et una missa pro anima eiusdem absolvendis de domo famati Jacobi Ludwikowicz, civis oppidi Srodka, levata et super lapidea quondam Bronikowskich, ad praesens Gener. Josephi Gorczyczewski, regentis terrestris Gnesnen., in circulo fori sita act. Consist. Posn. die 8. Aug. inscripta.

32. Census a summa fl. 260 de lapidea Krzeszkowska levata et super lapidea in platea Wronecen. quondam Krolikowiczow, ex post Plesniewiczow, deinde Prolewiczow, ad praesens Gener. Jacobi Bilinski, regentis Cast. Posn., act. Consist. Posnan. 1675 die 31. Aug. recognita.

33. Census a summa fl. hungaric. seu aureorum 30 ignoti fundatoris de bonis Potarzyca levata et super bonis Lag majus dist. Costen. act. Cast. Posnan. f. II. post fest. s. Bartholomaei inscripta 1628.

34. Census a summa fl. 100 fundationis olim Alberti Skopowicz, vic. Cath., pro votiva de s. Adalberto quotannis infra Octavam absolvenda super bonis Markowice dist. Pyzdr. act. Cast. Posnan. fer. II. post fest. s. Bartholomaei 1654 inscripta.

35. Census a summa marc. 200 de bonis Palędzie, Skorzewo et Cmachowo levata et super bonis Milino, Radziszewo et Kłodzisko dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. II. post Dom. Invocavit Quadrag. 1556 Collegio vicariorum inscripta.

36. Census a summa fl. 400, et quidem 200 fl. de lapidea Grudzickich in platea Iudaeorum Posn. levata act. Cast. Posn. f. III. post fest. s. Jacobi 1626 super bonis Nagradowice Collegio vicar. inscripta, similis summa fl. 200 fundationis nob. Jacobi

Rychlicki pro missis lectis pro anima eiusdem absolvendis ordinata pariter super bonis iisdem sub actu, anno et feria altaristae 5 Fratrum recognita. Census iste ab actu suppressae Societatis Jesu, videlicet ab a. 1773 exclusive retentus.

37. Census a summa fl. 2600 fundationis olim Michaelis Wyssogotta Zakrzewski, can. Cath. Posn., pro Prosa in capella s. Crucis quotidie, videlicet Zawitay ukrzyżowany decantanda super bonis generaliter omnibus Civitatis Posn. de consensu S. R. M. 1748 subsecuto act. Cast. Posn. f. IV. post fest. s. Aegidii a. 1749 inscripta.

38. Census a summa flor. hungar. videlicet aureorum 50 fundationis olim Joa. Trzestkowski, vic. cath. Posn., super bonis Posadowo dist. Posn. locata pro anniversario praedicti sacerdotis absolvendo act. Consist. gen. Posnan. 1465 die 3. Jan. Collegio vicariorum inscripta. Census iste ab immemorabili non percipitur, summa in exdivisione bonorum specificatur, ad praesens iuris processu instituto vindicatur.

39. Census a summa fl. 400 fundationis Gener. Nicolai Jarzecki pro anniversario singulis mensibus pro animabus consanguineorum familiae Jarzeccianae et suffragio carentium super bonis oppidi Poniec act. Cast. Posnan. f. V. post fest. s. Bartholomaei 1721 inscripta.

40. Census a summa 400 fl. ignotae fundationis de bonis oppidi Bnin et Błażejewo deportata, super vero bonis Sypniewo dist. Naklen. act. Cast. Posn. sabb. post fest. ss. Simonis et Judae a. 1540 recognita. Respectu huius summae vindicandi processus institutus.

41. Census a summa fl. 1000 ex 5 summulis investigabilium fundationum collecta, prima de bonis Bukowiec marc. 450, secunda de domo Mrewczyk, civis Chwaliszew., fl. 100, tertia de bonis Węgierskie marc. 36, quarta de bonis Wysoka marc. 36, quinta de domo Tymbrowicz, civis Chwaliszew., fl. 50 levata super bonis Przytoczna inscripta.

42. Census a summa marc. 48 ignotorum fundatorum, et quidem marc. 25 de bonis Kiączyno, marc. 23 de bonis Bieganowo levata et super bonis Rybno maius dist. Gnesn. act. Cast. Posn. f. III. post Dom. Invocavit 1496 inscripta.

43. Census a summa fl. 2000 fundationis olim Petri Tarlo, eppi Posn., pro una missa de Requiem singulis hebdomadis, videlicet feriis sextis, et quattuor anniversariis in aliqua feria Quattuor Temporum absolvendis per praedictum fundatorem

ordinata et per Rev. Officium Posn. approbata, super bonis Skarszewek, Borkow et Chrostowo distr. Calissien. act. Cast. Posn. f. II. in vigilia festi ss. Simonis et Judae 1732 inscripta.

44. Census a summa marcar. 200 ignoti fundatoris de bonis Palędzie et Starkowiec levata et super bonis Sławoszewo dist. Calissien. act. Cast. Posn. f. II. post fest. s. Aegidii Ab. 1537 inscripta.

45. Census a summa marc. 105 mediorum latorum grossorum pro mensa vicariorum super bonis regalibus Sowiniec ad capit. Mosin. spectantibus de consensu Seren. Casimiri, regis Poloniae, 1470 obtento act. Consist. Posn. 1469 die 27. Dec. inscripta et obligata, per d. m. Sigismundum Augustum, regem Poloniarum, a. 1570 approbata.

46. Census a summa marc. 100 de bonis Parkowo, Grodna, Wiry levata et super bonis Spławie dist. Posn. act. Cast. Posn. f. II. ipso die divi Viti 1540 inscripta et altera simili marcarum de bonis Objezierze, Kowalewo, Kręzoły et oppido Ryczywoł levata et super iisdem bonis Spławie et Kobylepole act. Cast. Posn. f. VI. in crastino festi ss. Petri et Pauli Ap. 1542 assecurata.

47. Census a summa marcarum mediorum latorum grossorum 149 investigabilium fundatorum ex tribus summulis coalita et super oppido Stęszew et villa Krampiewo locata, prima marc. 25 actis Consist. Posn. 1440 die 23. Nov., secunda marcar. 24 actis eisdem 1459 die 25. Apr., tertia marc. 100 pariter actis Consist. Posn. 1481 die 13. Junii inscripta et obligata.

48. Census a summa fl. 6650, et quidem a summa 5500 fundationis olim Francisci Libowicz, can. Posn., pro missis ad altare s. Joa. Nepomuc. pro anima eiusdem per vicarios absolvendis de bonis Bojanowo levata et super oppido Swięcichowa act. Cast. Posn. f. IV. post fest. s. Jacobi Ap. 1735 inscripta, altera fl. 1150 ignotae fundationis ex variis summulis in unam redacta, videlicet de bonis Niepart marc. 200, de bonis Zieleniec marc. 160, de bonis Gołaszyno et Spławie dist. Costen. marc. 150, de domo famati Trelewski, civis Chwaliszew., marc. 100, de bonis Łowęcino marc. 50, de bonis Myszki marc. 50 levatis pariter super oppido Swięcichowa eadem feria et anno locata recognita.

49. Census a summa triplici, et quidem prima 2000 fl. pro duobus missae sacrificiis singulis septimanis in sacello s. Crucis pro animabus suffragio carentibus per vicarios absolvendis testa-

mento disposita super synagoga infidelium Judaeorum Posn. eidem testatori act. Cast. Posn. f. III. ante fest. s. Aegidii M. in anno 1729 inscripta et recognita, altera summa aureorum hungaric. 200 fundationis olim Stanislai Kaczkowski, archid. Posnan., pro tribus missis septimanatim per vicarios pro anima sui fundatoris absolvendis super eadem synagoga act. Cast. Posn. f. VI. post fest. Immaculatae Conceptionis BMV. 1734 inscripta, tertia fl. 300 per honoratam olim Barbaram Zywinska, civissam Chwaliszew., pro anniversario sui et sex missis celebrandis legata, super dicta synagoga Posn. act. Cast. Posn. f. VI. post Dom. Judica 1731 Collegio vicariorum inscripta.

50. Census a summa marc. 136, et quidem marc. 100 de bonis Pożarowo, tandem de Studzieniec levata et super bonis Turostowo dist. Gnesn. act. Cast. Posn. f. VI. post fest. s. Margarethae 1765 inscripta, marc. vero 36 primitus de bonis Mieszkowo et Czeszewo, tandem de bonis Gać et Stawicza deportata ad chartam chirographariam coram act. Cast. Posn. a. 1776 oblatuatam Gener. Isidoro Bartoszewski, dictorum bonorum Turostowo haeredi, 1769 die 20. Febr. mutuata.

51. Census a summa marc. 150 super bonis Blizyce dist. Gnesn. coram act. Cast. Posn. sabb. post fest. OOSS. a. 1511 inscripta. Census percipitur.

52. Census a summa fl. 200 fundationis olim R. Martini Pęski pro votiva de s. Martino in festo eiusdem decantanda et anniversario unius nocturni cum missa lecta absolvendo ad chartam chirographariam coram act. Cast. Posn. oblatuatam famato Petro Stęszewski, civi Grodziscensi, 1767 die 2. Julii concredita. Census hic iuxta praeiudicata percipitur.

63. Summa fl. 300 super bonis Zielonka dist. Posn. act. Cast. Posn. f. V. post fest. s. Petri in Vinculis 1604 ex censu annuo fl. 21 proveniente Collegio vicar. recognita.

54. Decima in bonis Wilkowya in ducatu Masoviensi sitis ex liberalitate Seren. Casimiri III., regis Poloniarum, donata privilegio olim Sebastiani Branicki, eppi Posn., et Capituli Posn. 1595 sub tempus Capituli gener. in festo s. Martini celebrato approbata, cuius quandoquidem ob nimiam distantiam difficilis sentiebatur repetitio, proinde cum vicariis Varsavien. complanatione in Officio Consist. Varsavien. die 1. Julii a. 1761 facta seu verius in rem eorundem iuris sui cessione subsecuta solvunt quotannis dicti vicarii Collegiatae Varsavien. in vim praetactae decimae fl. 30.

55. Census a summa fl. 100 fundationis olim R. Jacobi Paruszevii, vicedecani Cath. Posn., pro votiva de s. Jacobo Ap. quotannis per Collegium vicar. decantanda act. advocat. Civitatis SRM. Posn. 1627 f. VI. post Dom. Quadrag. Laetare super lapidea quondam Choynicka in platea Judaeorum Posn. nuncupata, ad praesens famati Słowikowski, sutoris civis Posn., inscripta.

56. Census a summa fl. 1000 R. olim Mathiae Rączkiewicz, vic. Cath. Posn., stante eiusdem vita famato Casimiro Stęszewski, civi Chwaliszew., ad chartam chirographariam die 4. Sept. a. 1769 mutuata Collegio vicar. testamento legata, qui census tantisper pro litis expensis convertitur, donec causa inter Collegium vicar. et successores Rączkiewicianos processu sibi in iudiciis terrestr. Posn. instituto sopita fuerit.

57. Census a summa 10000 fl. fundationis olim Nicola Zalaszowski, archid. Posn., pro sui memoria in omnibus missis per vicarios absolvendis testamento disposita per Capitulum super synagoga Judaeorum Posn. locata, per commissionem in anno 1774 Posnaniae agitatam decortata et per regulam societatis ad quotam fl. 6810 reducta, uti supra in cathalogo summarum Capitularium titulo »Synagoga Posn.« dictum est.

Ex massa Capituli vicarii insuper percipiunt obventiones sequentes: 1) pro missis conventualibus annuatim fl. 208, 2) pro unaquaque missa feriali stipendium floreni unius, 3) pro servituris seu assistentia celebranti annuatim fl. 140, 4) pro consolatione processionum quadragesimalium quotam ad fl. 40 passim ascendentem, 5) pro anniversariis personarum Capitularium iuxta ordinationem in tabella anniversariorum quantum determinatum. Item pro pane 15 metretas antiquae mensurae siliginis.

58. Rev. Capitulum intuitu laborum quotidie in ecclesia sustentorum vicariorum assignavit eisdem ex praestimonialibus bonis annuatim 46 marcas exsolvendas, videlicet de Sarbinowo marcas 5, de Gołuszki marcas 5, de Taniborz marcas 5, de Trojanowo marcas 3, de Gotartowo marcas 2, de Gora marcas 2, de Stęszewo marcam 1, de Rogalino marcas 2, de Niesłabin marcas 2, de Gorka et Tworzykowo marcas 5, de Gowarzewo marcas 2, de Nynkowo marcas 2, quod decreto suo in Capitulo gener. s. Martini a. 1633 lato stabilivit.

59. Collegium vicar. vigore iurium titulo »obventiones et provenientiae« eidem inservientium percipit pro installationibus: episcopali tynphiones 120, canonicali fl. 76 et pro iucundo in-

gressu fl. 28 plus vel minus, insuper toties participant, quoties loco anniversariorum missae votivae per praelatos et canonicos celebrantur. Demum pro funeralibus Rev. Episcoporum omnia, quae cum corpore apportantur, percipit Collegium, non obstante extra Cathedram vel dioecesim Episcopali sepultura, pro qua executores et successores proventias funerales eidem Collegio persolvere tenentur vigore decreti Capituli 1636 die 14. Jan. lati. Post mortem vero praelati et canonici Capitulum iuxta antiquam consuetudinem.

60. Vicarii Cathedrales habent super fundo Capituli speciali eiusdem privilegio collato exstructas Residentias novem, quarum esto Rev. praepositus Cath. pro tempore existens collator sit legitimus, tamen residentias vacantes non aliis presbyteris, sed ipsis vicariis et paenitentiario per vicarios praesentato conferre potest, alias in casu collationis omnino inhabiles Capitulum praedicto privilegio censeri statuit et decrevit.

1. ma (residentia) citato iure collata est ab Jll. Josepho de Kiekrz Kierski, praeposito Cath. Posn., ad praesens A. R. Joanni Woyciechowski, vicedecano Cath., die 25. Febr. 1762, quae 1756 iure evicta decreto commissorialis iudicii a Cels. olim Theodoro duce in Klewan et Zakow Czartoryski, eppo Posn., specialiter ad causam inter Collegium vicar. et academiam Lubranscianam Posn. respectu praetensae residentiae delegati et facultatem finaliter decidendi habentis roborata et approbatione confirmata.

2. pari modo collata A. R. Błasio Sankiewicz praecentori die 9. Febr. 1762.

3. specificato iure Valentino Bryll vic. anno praeterito collata.

4. mediante instrumento die 13. Dec. 1764 confecto Lucae Metelski vic. in actualem possessionem tradita.

5. praemino iure obtenta, videlicet die 16. Mart. 1766 a Paulo Taszewski, vic. Cath., pacifice tenetur.

6. vigore iuris sui a Lociordinario, protunc praeposito Cath., die 1. Sept. 1770 Laurentio Florkowski, vic. Cath., collata est.

7. mam praevio instrumento possidet Joannes Polenski paenit. Cath.

8. Collegio reservata, de hac inquilinatus pro litis expensis convertitur.

9. per Perill. Miaskowski, praepos. Cath., Adm. Rev. Antonio Cudniewicz vicecustodi collata in vim provisionis a summa fl. 1000 annuatim Collegio provenientis, quae ab a. 1743 retenta est, siquidem Collegium vicariorum summam praedictam Ecclesiae

colleg. BMV. in Summo Posn. pro reaedificatione de novo residentiae per R. Martinum Kordowski vicedec. testamento legatam realiter exsolvit. Haec residentia iure firmata, quoniam decreto Andreae Myszkowski, decani Cath., in causa mota inter Paulum Taszewski et Collegium vicariorum intuitu residentiae vicinaliter sitae indebite praetensae a Lociordinario praesenti, protunc praeposito Cath., specialiter delegati commissarii sabb. 8. Martii a. 1777 pro parte Collegii lato adiudicata est. Praedictas residentias singuli vicarii ut proprias conservare et restaurare tenentur.

Obligationes vicariorum.

1. Officium divinum, videlicet Matutinum, Laudes cum horis canonicis solito tempore singulis diebus decantare.

2. Votivas et anniversaria cum praelatis et canonicis absolvere.

3. Missas conventuales pro praelatis et canonicis 156 celebrare.

4. Ex fundatione Praemislai II. in Gorczyn locata 365 pro anniversariis et votivis suis ex variis locis provenientibus iuxta Visitationem Tholibovianam ordinatas missas 250 annuatim legere tenetur Collegium, vigore autem novae fundationis insuper ad lectas missas pro animabus variorum benefactorum 539 absolvendas obligatum est, sed quoniam praedictis obligationibus, tam propter cassationem multorum censuum et his stantibus vix non omnium decimarum abiudicationem, quam propter dimidiatos praeiudicatis proventos maiori in parte iure evictos Collegium vicariorum se gravatum sentit, proinde ex his rationibus pro reductione specificatarum obligationum recurrit.

Collegium vicariorum pro regula sui muneris habet in libro seorsivo ordinationes olim Laurentii Goslicki eppi 1602 confectas, et pro pleniori obligationum satisfactione conservat statuta ex speciali mandato olim Andreae Opalinski eppi per Rev. Martialem, S. Th. D. can. Posn., qua Rev. Fabiani Konopacki, dec. Cath. Posn., surrogatum ad numerum 24 redacta, auctoritate Rev. olim Martini Moręski, s. Th. D. can. Posn. qua Episcopi specialis delegati, a. 1618 approbata, insuper stante Visitatione Mathiae Lubienski eppi Posn. a. 1628 ratificata, quibus annuatim lectis Collegium edocetur omnia officia sua rite obire, privilegia, iura, acta et regestra conservare, capitula generalia bis in anno, unum in crastino festi s. Adalberti, alterum post festum ss. Simonis et Judae Ap., particularia toties, quoties

perimens instat negotium, celebrare et omnia, quaeque laudabilem vitam et officium commendare possunt, adimplere (teneri.)

Privilegia Collegio vicariorum concessa et eidem inservientia.

1. Jll. olim Sebastiani Branicki, eppi Posn., a. 1543 die 9. Julii latum respectu exemptionis a iurisdictione Rev. Officii Posn., quo mediante Collegium vicar. subest iurisdictioni decani Cath. Posn. pro tempore existentis. Illius officii est vicarios per Capitulum praesentatos instituere, testamenta approbare, suspendere et excommunicare salvis tamen gravioribus Lociordinario reservatis.

2. Jll. Branicki, quo concessa est Collegio vicariorum post intestatos suos confratres libera facultas de rebus derelictis absque ulla referentia disponendi.

3. vigore cuius licitum est eis pro distinctorio utendi almutiis de pellibus aspergeminis, his stantibus servando ius solummodo Rev. vicedecanus almutio utitur.

4. Perill. olim Adami de Dąbrowa, decani Cath. Posn., cuius titulo post cessum vel decessum praepositi ecclae colleg. ac parochialis s. Nicolai extra Summum Posn. sitae devolvitur ius patronatus ad vicarios ecclae Cath. Posn., praemissoque modo praesentant rectores dictae ecclesiae.

5. In erectione expressum, vi cuius collatio paenitentiarii Cath. Collegio vicariorum attributa est, quem de medio sui praesentare tenetur, si autem confratres recusarent, extraneo virtute et scientia praedito paenitentiariam conferre possunt, sed salva priori duarum hebdomadarum probatione usu et consuetudine recepta.

6. privilegium, quo ius patronatus inservit Collegio vicariorum super quatuor altaria, videlicet s. Adalberti, Joannis Baptistae, undecim milium Virginum, Andreae, Simonis et Judae Apostolorum; praedicta altaria quoties vacare contigerit, toties altaristas praesentare potest.

7. Vicecustos ecclesiae colleg. BMV. per praelatos et canonicos eiusdem collegiatae electus a Collegio vicariorum Cath. praesentatur.

Collegium Psalteristarum

erectum per olim Joannem Lubranski, eppum Posn., a. 1512 die 27. Julii, vigore cuius erectionis fundati sunt primitus psalteristae

duodecim, ratione insubsistentiae successu temporum reducti ad numerum quinque, ad praesens sunt sex, siquidem sextus decreto Visitationis Jll. Tarło, eppi Posn., in anno 1728 est constitutus, suntque sequentes:

1. Adm. Rev. Laurentius Laskowski ad presbyt. a. 1743 per Josephum Kierski suffrag. promotus, die vero 9. Mart. 1750 per Jll. olim Josephum Pawłowski institutus.

2. Adm. Rev. Paulus Włodarski, sacristianus Cath, a. 1761 per Josephum Kierski suffrag. ad presbyt. ordinatus et a. 1762 per Steph. Skrzebowski, auditorem generalem, institutus.

3. Adm. Rev. Joannes Polenski a. 1763 ordin. et per eundem Skrzebowski institutus a. 1766.

4. Adm. Rev. Adalbertus Schadowski a. 1765 ordin., a. vero 1768 per dictum Skrzebowski institutus.

5. Adm. Rev. Mathaeus Zymchanowski, secret. Capituli, a. 1770 ordin., a. 1775 vero per Skrzebowski, officialem gener., institutus. Tandem eius loco anno currenti 1784 post ascensum ad coadiutoriam canonicatus Cath. successit Adm. Rev. Antonius Lipinski, notarius proventuum Capituli.

Ius patronatus ad beneficia psalteriae ex vi erectionis praerecensitae per recommendationem Collegii Capitulo Cath. et praevio decreto admissionis servit spectabili proconsuli Chwaliszewiensi. Jurisdictio vero eiusdem Collegii Capitulo attributa, intuitu cuius solet unum e gremio Capitulari in protectionem assignare et constituere, ut et ad praesens est Caietanus Gliszczynski, can. huius ecclesiae.

Institutio ad beneficium psalteriae spectat ad Lociordinarium aut eius Officium. Locum in processionibus et choro immediate ante vicarios Cath. habere debent.

Obligatio Psalteristarum.

Sonat erectio psalteristas incessanter, dum ecclesia silebat, ad psalterium decantandum obligatos fuisse. Insuper cum per dictum Lubranski eppum fundatorem sit eisdem incorporatum altare s. Crucis, primitus etiam ad votivam de Cruce quotidie decantandam obligabantur, sed ex ratione non subsistentiae, ex quo fundationes per varia calamitosa tempora naturam proventuum mutarent, aliae penitus extinctae, aliae vix in parte perciperentur, sex tantum psalteristae constituti cum obligatione canendi psalterium ante devotionem matutinam quotidie una hora, altera ante Vesperas, tertia finito completorio, votivam vero

de Cruce singulis diebus Dominicis absolvendi, quae rursus in feriam quartam praevio consensu Lociordinarii, uti supra dictum est titulo »Devotio«, translata est.

Pro eiusmodi obligatione canendi psalterii et votivae habet census:

1. Proventus tertiae mensurae de molendinis binis in civitate Koscian sitis, quam praeviis privilegiis Ser. regum Poloniae Jll. Lubranski fundator pro summa 2400 fl. p. protunc in Regno currentium monetae in florenum quemlibet computando scotos 16 emerat. Ad praesens mutata est eiusmodi natura proventus, ratione cuius tertiae mensurae capitaneus Costensis solvit annuatim per fl. 140.

2. Item eodem modo habuerant psalteristae tertiam mensuram ex molendino in Sochaczew, quam idem pientissimus fundator pro summa fl. p. emerat, quae successu temporum deportata super bonis Radlin in cast. Pyzdren. a. 1559 inscripta et recognita. Census solvebatur annuatim iuxta praeiudicata tribunalitia in quota fl. 35 usque ad annum 1767, hucusque retenti census haerent invindicabiles.

3. Item tertiam mensuram ex molendinis in Pyzdry per toties dictum fundatorem pro summa 1800 fl. currentium in Regno monetae emptam, ratione cuius antecedanei capitanei Pyzdrenses, cum successu temporis movissent litem nec quidquam etiam instituto processu solvere voluissent, complanatione tandem cum psalteristis a. 1751 inita et in Cast. Posn. oblatuata ad solutionem quotannis fl. 100 sese obligarunt.

Ultra votivam de Cruce singulis feriis quartis absolvi solitam absolvitur similis altera ex fundatione olim Francisci Wolinski, archid. Srem., pro qua decantanda determinavit censum a summa originali 2000 fl. p. super synagoga infidelium Judaeorum Posn. sabb. in vigilia festi natalis s. Joa. Bapt. a. 1737 inscripta.

Item pro decantando psalterio accessit census novae fundationis a summa originali 10 000 fl. per olim Nicolaum Zalaszowski, archid. Posn., testamento assignata. Quae summa, sicuti protectioni Capituli est subiecta, ita per idem super synagoga Posn. infidelium Judaeorum locata existit. Sed cum a. 1774 commissio ex sancito Confoederationis statuum Regni (de qua titulo »Synagoga Posn.« adiuncta est explicatio) summas Capitulares in notabili quanto decurtaverit, igitur per regulam societatis et summa huius Collegii 10 000 fl. originalis ad 6809 fl. pol. est reducta.

Collegium psalteristarum habet sibi annexum et ministerium in capella olim Czarnkowski, eppi Posn., per olim Andream Opalenski erectum cum onere, quatenus loco adimplendae primaevae obligationis in eadem capella coram studiosis academicis missae sacrificia psalteristae absolverent idque ex censibus, qui sequuntur:

Census a summa fl. pol. 570 translata de bonis Jeżyce super synagoga infidelium Judaeorum Szamotul. coram act. Consist. gener. Posn. a. 1740 die Mercurii 3. Augusti inscripta. Judaei non solvunt ab aliquot annis provisionem ob notabilem conflagrationem in anno 1776 subsecutam nec spes vindicandi superest.

Item census a summa marcarum 37 ex censu marcarum 3 de anno 1510 sub actu fer. IV. post fest. Conceptionis BMV. in cast. Posn. inscripta et locata in bonis Wicisłowo.

Item census a summa capitali 100 fl. de bonis Leszczynko iuxta decretum condescensiale a. 1730 translata et super synagoga infidelium Judaeorum Posn. a. 1739 die 1. Nov. coram act. Consist. gener. Posn. inscripta.

Item summa fl. 200 in et super lapidea quondam famati Bartholomaei Białecki, civis SRM. Posn., ad praesens Nob. Petri Zołądkiewicz, advocati Consist. in magna platea sita a. 1640 die Veneris 12. Oct. coram act. Consist. gener. Posn. inscripta.

Item Capitulum Cath. Pos. quotannis Collegio psalteristarum pro sacris studiosorum ex fundatione olim Zakrzewski can. solvit annuatim censum a summa super bonis Civitatis SRM. Wschoven. iunctim cum summis Capitularibus locata in quota fl. 89 gr. 19, ad praesens missae sacrificia absolvunt pro anima fundatoris.

Fundationes pro missis et anniversariis absolvendis.

1. Census a summa 20000 fl. p. fundationis olim Andreae Stadulski, sacristiani Cath., per executores testamenti eiusdem in et super bonis Turostowo una cum Collegio psalteristarum praedictam fundationem acceptante locata actisque Cast. Posn. fer. VI. pridie festi Conversionis s. Pauli a. 1766 per. Gener. Isidorum Bartoszewski inscripta. Obligatio per unumquemque psalteristam missas duas septimanatim absolvendi. Census ab a. 1773 ad 1776 retentos psalteristae iure vindicaverunt, sed pro lucro exsolutionis obtinuerunt decretum condescensionis in ordine

potioritatis substantiae eiusdem Gener. Bartoszewski et hac subsecuta aliquotiesque limitata ultra notabiles expensas omnes retentos census amiserunt summa originali in toto remanente. Ad praesens ex traditis sibi decreto eiusdem condescensionis Holandis percipiunt fl. 700, missas tamen ad nexum obligationis absolvunt per annum 624. Pro commoditate populi psalteristae per turnum ex dispositione Capituli missas quotidie hora sexta mane seu in ipsa inchoatione matutini celebrant ex immediate descripta fundatione.

Item census a summa 600 fl. super bonis Piotrowice locata sub protectione Capituli existente pro tribus anniversariis pro animabus Joannis, Adami, Martini, Mathaei et Adalberti sacerdotum.

Item census a summa 300 marcarum, et quidem 100 marc. in Cast. Posn. fer. V. post octavam fest. ss. Trium Regum a. 1540, 200 vero marc. in eodem Castro fer. II. post fest. s. Michaelis Arch. a. 1584 super bonis Wronczyno inscripta cum obligatione absolvendi anniversarii cum missa singulis quartualibus pro anima Barbarae Jezierska.

Item census a summa 200 fl. in et super bonis Żydowo in cast. Posn. fer. IV. ante fest. s. Priscae V. proxima a. 1603 inscripta ex fundatione olim Adami molitoris pro absolvenda votiva de Assumptione BMV.; loco votivae Collegium anniversarium unum cum missa absolvit.

Item census a summa 100 marc. et 100 fl. pol. translata de bonis Golina in et super synagoga infidelium Judaeorum Posn. locata act. Consist. gener. Posn. a. 1739 inscripta die 1. Dec.

Item census a summa 100 marc. in et super bonis Łodzia et Sowiniec in Cast. Posn. die Jovis 20. Aug. 1534 inscripta pro anniversario absolvendo.

Item census a summa 400 fl. in et super bonis oppidi Poniec in Cast. Posn. fer. V. post fest. s. Bartholomaei Ap. proxima a. 1721 inscripta et recognita pro anniversariis cum missa pro anima Constantiae fundata.

Item census a summa 500 fl. in et super synagoga infidelium Judaeorum Szamotul. coram act. Consist. gener. Posn. die 3. Aug. 1740 inscripta et locata. Obligatio absolvendi anniversarium pro anima olim Rev. Stanislai Rembiszewski iunctim cum Collegio paenitentiariorum ecclae Cath. Posn. Nulla spes vindicandi census ab aliquot annis retentos ratione notabilis conflagrationis in elapso anno 1776 totius synagogae Szamotuliensis.

Item census a summa 5500 fl. pro absolvendis missis lectis qualibet die alternatim per psalteristas, haec autem summa primitus fuit super bonis Boianowo per Franc. Libowicz, can. Posn. fundatorem, locata, deinde in bona oppidi Swięcichowa et ibidem coram act. Cast. Posn. fer. IV. post fest. s. Jacobi Ap. proxima a. 1735 inscripta. Missae absolvuntur ad altare s. Joa. Nepomuc., census per medium solvitur. Insuper ex hoc censu dantur fl. 7 Collegio paenitentiariorum, non percipit unusquisque psalteristarum nisi 29 fl.

Censum a summa 100 fl. in et super lapidea in platea magna sita quondam famati Adalberti Szneyder, ad praesens Joa. Werner, stannifusoris civis Posn., coram act. Consist. Posn. die Veneris 3. Nov. a. 1684 inscripta. Obligatio anniversarii unius de anno cum missa cantata pro anima Jacobi psalt. absolvendi.

Item census a summa 186 fl. et gr. 20 cum onere anniversarii pro animabus benefactorum absolvendi in et super lapidea famati olim Forgizon in circulo fori Posn., ad praesens famati Joa. Zołądkiewicz, sartoris civis Posn., act. Consist. Posn. 1600 a. die Mercurii 16. Aug. inscripta.

Item census a summa primitive 100 fl. in et super lapidea quondam Ptaszkowskich, ad praesens nobilis Franc. Bruchwicki ex opposito oratorii Sanguinis Christi acialiter in platea Judaeorum sita, coram act. Resignationum Civitatis SRM. Posn. de actu fer. VI. post octavam festi Corporis Chr. a. 1569 inscripta, per Commissionem autem in anno 1741 Posnaniae expeditam ad quotam fl. 66 gr. 20 reducta in pios usus convertendus.

Item census a summa 40 marc. in et super lapidea olim Turbaszewiczow, post Mroczynskich Gąsiorowskich, ad praesens Gener. Bronikowskich haereditaria in circulo fori Posn. consistente coram act. advocat. Civitatis SRM. Posn. fer. VI. post octavam ss. Trium Regum proxima a. 1571 inscripta.

Item census a summa 30 marc. in et super lapidea in platea transversali Judaeorum ex opposito PP. ordinis Praedicatorum sita, olim Szaczkowskich, ad praesens nobilis Topinski coram act. advocat. Posn. fer. VI. post octav. Epiphaniae proxima a. 1552 inscripta.

In fundo Capituli Cath. Posn. Piotrowo dicto possident psalteristae certam particulam areae cum domo nuper aedificata sibi per famatum olim Albertum Mielcarzewicz mediantibus decretis dicti Capituli Cath. et consensu eiusdem tanquam

directorum dominorum coram act. advocat. Posn. fer. III. post fest. s. Margarethae V. et M. a. 1737 recognitam.

In oppido Chwaliszew census a summa fl. 100 in et super bonis quondam famati Hełkowicz, ad praesens nobilis Ekkertowa primi voti, secundi Wolska in act. advocat. Chwaliszew. a. 1696 inscripta.

Census a summa 15 marc. in et super domo olim famati Terek, ad praesens possessionis famati Joannis Męclewski coram act. advocat. oppidi Chwaliszew. fer. VI. ante Dom. Oculi proxima a. 1603 inscripta. Qui census iuxta obloquentiam inscriptionis convertitur pro necessitatibus Collegii.

Census a summa 70 marc. ex villis Staw Chełkowice translata super domo lignea Urbani Jankowski, civis Chwaliszew., coram act. advoc. Chwaliszew. fer. VI. post fest. Dedicationis BMV. ad Nives a. 1689 recognita pro mensa communi assignatus.

Census a summa 30 marc. in et super domo quondam Brawarskich, post Trelewskich, ad praesens famatorum Mingow, sutorum Chwaliszew., fer. IV. post Dom. Judica Quadrag. proxima a. 1644 inscripta sine determinatione obligationis percipiendus.

Census a summa 100 fl. in et super domo lignea quondam famatorum Eckartow, post Ostrowskich, ad praesens famatorum Rybinskich, census percipitur.

Ex scultetia quondam villae Tanieborz, nunc praestimonialis, solvebantur sex fertones Collegio psalteristarum a possessoribus, ad praesens per regentes solvitur quota fl. 2 gr. 15 idque pro anniversario novem lectionum cum missa et collecta pro anima Petri sculteti.

Item census a summa primitive 45 marc., per subsecutam vero commisionem in anno 1741 ad marcas 34 reducta super lapidea famati Georgi Wernet?ti, civis Posn., haerente pro absolvendo anniversario pro anima fundatoris determinatus.

Item census a summa fl. 50 super lapidea quondam Końskich, ad praesens famati Konecki aurifabri in platea Wratislav. sita coram act. advocat. Posn. a. 1662 inscripta. Obligatio absolvendi anniversarii unius.

Reliquae fundationes Collegio psalteristarum applicatae utpote invindicabiles fuse sunt descriptae in anterioribus Visitationibus.

D o m u s P s a l t e r i s t a r u m pro mansione communi per primitivum fundatorem Lubranski eppum extructa versus ecclesiam BMV. in Summo sitam antiquae structurae murata, sed

pro congruenti habitatione minus commoda, nullum habet fundum sibi respective pro reparatione interna et externa assignatum praeter liberam propinationem cerevisiae et omnium liquorum privilegio eiusdem pientissimi fundatoris de consensu Capituli impertitam, quae quandoquidem pro communi mensa fuerit vi eiusdem privilegii determinata, insistendo tamen et plenarie inhaerendo decreto Capituli proventus ex inquilinatu et propinatione pro indilata reparatione convertitur. Sed quoniam tam notabilis structura ob vetustatem et potissimum ob frequentem inundationem in dies maiori et maiori indiget restauratione, proinde congruenti manutentioni fabricae respondere nequit.

Collegium Mansionariorum cursus Passionis D. N. J. Ch.

Hoc Collegium mansionariorum fundatum et erectum per olim Adalbertum Tholibowski, eppum Posn., de anno 1662 super censu 840 flor. pol. a summa 12000 fl. p. super bonis Nekla, Starzynowo, Storzki inscripta, a qua quidem summa percipitur census proveniens ad praesens per medium in quota fl. 420.

Haec summa per Capitulum protegitur, cuius procurator solvere solet mansionariis censum determinatum.

Mansionarii cursus Passionis ad nexum erectionis debent esse sex presbyteri, qui etiam sunt sequentes:

1. Adm. Rev. Petrus Rozewicz a. 1740 presbyter per Joseph. Kierski suffr. ordinatus, die vero 9. Maii 1740 institutus.
2. Blasius Sankiewicz a. 1756 ordinatus, a. 1755 institutus.
3. Valentinus Bryll a. 1779 ordinatus, anno eodem die 6. Oct. instit.
4. Adalbertus Schadowski die 10. Julii a. 1780 instit.
5. Antonius Cudniewicz 1778 ordinatus, 1779 instit.
6. Felix Konorski 1778 ordinatus, a. 1777 instit.

Ius patronatus vigore erectionis Rev. Capitulo competit.

Obligationes huius Collegii.

A primaeva erectione praebendarii cursus Passionis ad sequentes obligationes tenebantur: Primo singulis diebus tam festivis quam feriatis ad officium de Passione Dni decantandum. Secundo ad missas et quidem die Dominica de ss. Trinitate cum prosa pro obtinenda misericordia tam fundatori quam toti domui Tholibovianae, feria II. de stigmatibus s. Francisci cum collecta addita pro anima defuncti Eppi, feria III. de s. Adalberto

ut in eius translatione pro animabus parentum fratrum etc., feria IV. de s. Cruce pro animabus fundatoris et consanguineorum eius, feria V. de ss. Sacramento cum hymno O salutaris hostia post elevationem decantando pro animabus in purgatorio existentibus et suffragio carentibus, feria VI. de Passione Dni, quae incipit Humiliavit, post elevationem Stabat mater dolorosa ad intentionem fundatoris applicandas, die sabbathi de Immaculata Conceptione cum cantico Stella caeli.

Ad praesens ob reductionem proventuum officium de Passione Dni alternatim cum mansionariis cursus de Beata decantare et missas superius praescriptas tum, dum officium de Passione peragitur, successivo ordine absolvere solent.

Proventus huius Collegii.

1. Census a summa superius exarata 12 000 fl. p. in et super bonis Nekla feria IV. in crastino Assumptionis BMV. coram act. Cast. Pyzdren. a. 1662 inscripta et recognita.

2. Census a summa capitali 3000 fl. fundationis olim Nicolai Zalaszowski, archid. Posn., in et super bonis Krzycko et Zegrowo de actu inter summas Capitulares specificato inscripta.

3. Census a summa originali 4000 fl. fundationis eiusdem Zalaszowski in et super bonis Civitatis SRM. Vschoven. inscripta et recognita, a qua similiter provenit census in quota fl. 140 de manibus procuratoris Capituli idque pro Passionibus et Litaniis tempore Quadragesimae decantandis et duabus insuper missis qualibet septimana absolvendis.

4. Census a summa 1000 fl. p. fundationis olim Francisci Kaznowski suffr. in et super bonis Kociugi de actu supra iam expresso inscripta et recognita, a qua quotannis provenire solet census fl. 35.

Collegium Mansionariorum cursus B. V. Mariae.

Per olim Adamum Nowodworski fundatum et per olim Andream Szołdrski, eppos Posn., a. 1639 die Veneris 1. Julii erectum, vigore cuius erectionis mansionarii sunt septem.

1. JII. Adm. Rev. Franciscus Grochowski paenitent. vigore eiusdem erectionis (qui tanquam senior ex collegio Paenitentiariorium Cath. constitui debet) per olim Stephanum Skrzebowski, can. pro tunc Cath. et auditorem gener., a. 1766 institutus.

2. Adm. Rev. Laurentius Laskowski psalter. per olim Jos. a Werbno Pawłowski a. 1745 institutus.

3. Blasius Sankiewicz, vic. et praecent., praevio decreto Capituli ad mansionariam assumptus, a. 1757 institutus.

4. Andreas Lux a. 1765 institutus.

5. Paulus Włodarski psalt. assumptus et non institutus.

6. Antonius Drzewiecki die 18. Maii a. 1779 per Adalb. Wyssogota Zakrzewski, offic. gener., institutus.

7. Mansionarius supernumerarius Adalbertus Schadowski die 10. Julii 1780 institutus. Jus patronatus vigore praeinsertae erectionis competit archid. Psceven. pro tempore existenti.

Obligatio primitiva stringebat mansionarios ad decantandum quotidie cursum de Beata et missam votivam absolvendam in sacello Nowodworsciano, ad praesens ss. Corporis dicto, sed tandem accedente cursu Passionis mutatus ordo devotionis, prout dictum titulo: Devotio.

Census huius Collegii:

1. Census a summa 10 000 fl. pol. fundationis Nowodworski eppi per Capitulum una cum executoribus dicti fundatoris primitus super bonis Wożniki locata, tandem in bona Piotrowice de actu et feria in summario fundationum Capituli expressis translata.

Item census a summa 5000 fl. pol. fundationis olim Andreae Szołdrski eppi sub protectione Capituli manente cum aliis summis Capitularibus super bonis Krzekotowice haerente ex censu annuo per thesaurarium quotannis praebendariis solvendo.

Item census a summa 2100 fl. pol. fundationis olim Francisci Kaznowski, suffrag. Posn., super synagoga infidelium Judaeorum Posn. feria II. ante fest. natalis s. Joa. Bapt. a. 1775 inscripta per Officium Consist. Posn. die 16. Aug. 1737 approbata.

Intuitu census ab immediata summa provenientis mansionarii qualibet septimana duas missas, unam pro anima Alberti sacerdotis, alteram pro animabus in purgatorio detentis absolvere tenentur.

Item census a summa 100 fl. pol. super domo famati Milewski in oppido Szrodka sabb. post fest. Ascensionis Dni coram act. oppidi Szrodka recognita.

Mansionarius supernumerarius habet distinctam fundationem, vid. censum a summa 2000 fl. pol. fundationis olim Joannis de Zalesie Baykowski, suffrag. Posn. archid. Psceven., primitus super bonis Niechłod et Jezierzyce act. Cast. Posn. feria V. post fest. Visitationis BMV. a. 1634 inscripta et recognita ac tandem per

eundem fundatorem in iudiciis terrestr. Posn. feria II. ante fest. Nativitatis BMV. a. 1640 pro fundatione supernumerarii transfusa et per decretum Officii Consist. Posn. die ultima Aug. a. 1643 approbata, tandem de bonis supramentionatis deportata et super bonis Przetoczna iunctim cum summis Capituli Posnaniensis inscripta.

Mansionarius supernumerarius tenetur cum reliquis mansionariis Nowodworscianis decantare cursum de Beata et votivas statutis temporibus absolvere.

Collegium Roratistarum

per olim Swentoslaum Strzałkowski, archid. Posn., fundatum super censu 700 fl. a capitali summa 10 000 fl. pol. pendente per olim Joannem Branecki, archid. Psceven. et officialem gener. Posn., a. 1648 die 20. Martii erectum.

Jus patronatus ad Capitulum devolutum est, vigore cuius ad beneficium Rorate praesentati sunt sequentes:

1. Adm. Rev. Laurentius Laskowski psalt. per olim Jos. Pawłowski, eppum Niochen. officialem gener. Posn., a. 1742 institutus.
2. Blasius Sankiewicz vicar. per Capitulum praevio decreto praesentatus, non tamen institutus.
3. Lucas Metelski vic. non institutus, sed habetur tanquam manualis.
4. Paulus Taszewski vic.
5. Andreas Lux mansionarius per olim Steph. Skrzebowski a. 1765 institutus.
6. Antonius Drzewiecki anno eodem et per eundem officialem institutus.

Officium huius Collegii singulis diebus missam votivam de Beata, quae incipit ab introitu Rorate, ad altare BMV. Collegii vicariorum Gorczyn dictum ad columnam sinistrae manus ascendendo chorum presbyterii sitam absolvere et decantare. Item sacristianus ultra illos sex presbyteros singulis hebdomadis tenebatur semel aliquo die missam cum aliis institutis decantare, pro quo cantu, tum subministratione apparamentorum ecclesiasticorum censum a summa 700 fl. pol. percipiebat de manibus procuratoris dicti Collegii. Ad praesens ob diminutionem proventuum ipsum et solum Collegium obligationes excluso sacristiano absolvit.

Proventus huius Collegii.

Imprimis census a summa originali 10000 fl. p. super bonis Sławno, Sokołowo feria II. post fest. Visitationis BMV. a. 1653 in cast. Posn. inscripta et decreto condescensionis, quoniam praefata bona in potioritatem advenerunt, a. 1725 lato conservata.

Item census a summa originali 1500 fl. pol. super bonis Jabłkowo distr. Gnesn. act. Cast. Posn. feria II. post fest. Visitationis BMV. a. 1653 in quota fl. 52 gr. 15, ex quo floreni 50 sunt determinati pro iuniore vicario, qui tenetur cum Collegio praedicto singulis diebus cantare missam, vero qualibet feria VI. ante altare Crucis celebrare. Non satisfit ad praesens menti fundatoris. Vicarii summam eiusmodi possident censumque recipiunt.

Item praedictum Collegium habet sibi annexam fundationem olim honorati Reguli, typographi et notarii Consist. Posn., quae sequitur eiusmodi:

Imprimis census a summa 1000 fl. pol. super lapidea Szwertmanowska dicta in circulo fori Posn. sita in Consist. Posn. a. 1684 die 23. Sept. inscripta et pro missae sacrificiis obligata.

Secundo census a summa simili 1000 fl. pol. super bonis Czernieiewo coram act. Cast. Posn. feria II. post fest. s. Laurentii a. 1697 inscripta cum onere missarum et anniversariorum pro anima fundatoris obsolvend. obligata.

Tertio census a summa originali 500 fl. pol. super bonis Bieganowo act. Cast. Posn. feria II. post fest. s. Bartholomaei Ap. a. 1654 inscripta, quae demum summa mediantibus contractibus in bona Markowice est translata et census exinde solvitur.

Item census a summa originali 500 fl. pol. super horto famati Rett penes ecclam parochial. s. Martini in suburbio Posn. sito locata.

Item census a summa 8000 fl. p. act. Castr. Posn. feria III. post Dom. Cantate a. 1762 super bonis Swiniary Neuhaus inscripta fundationis olim nobilis Catharinae Ferarowae relictae viduae cum obligatione singulis septimanis duas missas pro anima sui et totidem pro animabus mariti et consanguineorum suorum absolvendi.

Item census a summa originali 150 fl. pol. de domo Pniewskich in oppido Chwaliszewo sita levata et ad manualem chartam in anno 1769 exhibitam actisque Consist. Posn. mense Junio

a. 1779 oblatuatam super contubernio figulorum in Chwaliszewo locata.

Collegia haec omnia habere solent suos procuratores e gremio sui constitutos, qui censum retentum vindicare, vindicatum et exsolutum inter confratres aequaliter distribuere solent praevio calculo, quem quotannis iisdem confratribus congregatis statutis diebus praestare debent.

Descriptio Capellarum et Altarium.

Capella s. Ovidii et Caietani quondam quinque Fratrum Polonorum Mm. cum suis antiquis quatuor ministeriis, quae in Visitatione Tholibowski eppi sunt descripta, incorporata esse censetur Collegio vicariorum Cath., ideo non specificantur, siquidem proventus horum ministeriorum aut penitus avulsi aut in summario proventuum vicariorum supra descriptorum comprehensi.

Accessit novum ministerium Kwadynscianum dictum secretario Capituli incorporatum, quod olim Jacobus Kwadynski, curatus in Swierczyna, super censu a summa originali 5000 fl. pol. proveniente ad altare ss. Ovidii et Caietani fundavit. Cuius approbatio in Officio Consistoriali Posn. die 6. Oct. a. 1769 est subsecuta. Pensio igitur aut provisio a praefata summa 5000 fl. pol. vigore dictae erectionis secretario Capituli nunc et in futurum existenti (cuius et ad praesens .est possessor secretarius Capituli) in perpetuum est incorporata cum obligatione duarum missarum in qualibet septimana pro anima Jacobi sacerd. atque eius parentum et consanguineorum et quolibet quartuali per annum unius missae pro animabus suffragiis carentibus absolvendae. Ex quo censu pro protectione dictae summae et vindicatione idem Capitulum habet sibi assignatos quotannis fl. 20.

Inscriptio summae 5000 fl. super bonis Turwia Mgfci Stanislai Chłapowski, castellanidae Mederecensis, haereditariis distr. Costen. sub act. in Cast. Posn. feria IV. post fest. s. Petri in Vinculis proxima a. 1762 una cum aliis summis distinctis summam integralem aureorum hung. 389 efficientium recognita et obligata.

In capella quondam s. Jacobi, nunc vacua, quinque olim fundata fuisse ministeria probat Visitatio Opalenski et Tholibowski epporum. Et quidem primum Gorkanum de ecclesia paroch. et colleg. D. M. Magdal. Posn. ad hanc Cathedralem translatum sub titulo Omnipotentis Dei, Assumptionis BMV., ss. Andreae, Barbarae et Catharinae V. et M., secundum Grob-

scianum sub titulo ss. Jacobi et M. Magdal. a. 1452 erectum, tertium Kaweccianum, de cuius erectione nec mentio, quartum Wyganowscianum, quintum civium de Buk. In horum altarium seu ministeriorum possessione ab annis fere centum quemquam fuisse nusquam legitur.

Capella s. Adalberti, tum BMV. tituli Częstochovien. Altarista huius capellae Adm. Rev. Paulus Włodarski, sacrist. Cath. et succedanei sacristiani, quibus pro dote inscripta est summa 2000 fl. pol. ex fundatione olim Adalberti Dobrzelewski, abb. Lubinen., sub actu iudiciorum Castren. Posn. fer. II. post fest. s. Margarethae V. et M. a. 1685 in et super bonis Civitatis Wschoven. recognita et assecurata cum obligatione qualibet septimana duas missas pro anima dicti fundatoris absolvendi. Item fuerat fundata summa 200 fl. super lapidea Hertlowska locata, ex qua, quoniam per inundationem aquae et desolationem eiusdem lapideae olim Rev. Stodulski sacristian. nonnisi 50 fl. capitalis summae recepit, ideo haec in manibus moderni sacristiani haeret. Census convertendus fuerat pro votiva de s. Adalberto et festo eius cadenti decantanda.

Ad hoc altare s. Adalberti accessit novum fundatum ministerium per olim Adalbertum Cielecki, can. Posn., et in Officio Consist. Posn. sub die 24. Sept. a. 1759 approbatum et erectum super censu a summa 3000 fl. proveniente pro altarista Cielecciano cum obligatione quolibet per annum mense novem missas absolvendi ad altare praefatum s. Adalberti, et quidem tres pro animabus Joannis et Christinae coniugum, tum Hieronymi eppi et Sigismundi praepositi Cieleckich, alias vero tres pro animabus Alexandri, Theresiae et Annae Moszczeńskich, tres denique alias pro animabus Annae et Adalberti sacerdotis.

Summa prius locata super bonis Bieganowo a. 1759, tum deportata super bonis Wilcza de actu supra in summario fundationum Capitularium inscripta. Huius ministerii capellanus Adm. Rev. Valentinus Bryll ad praesentationem Capituli die 6. Sept. a. 1780 institutus.

Altarista ministerii novi sub titulo BMV. Częstochoviensis in capella s. Adalberti per olim Petrum de Głogowa Kossowski, scholast. Cath. Posn., fundati Jll. Adm. Rev. Bartholomaeus Rudkowski, colleg. M. Magdal. custos, ad praesentationem Capituli Cath. Posn. per olim Jos. de Werbno Pawłowski, eppum Niochen. offic. gen. Posn., a. 1750 institutus et eodem anno introductus.

Habuit pro dote assignatum censum a summa originali 6000 fl. p. per eundem pie defunctum fundatorem super synagoga infidelium Judaeorum Posn. die 28. Julii a. 1738 inscripta provenientem cum onere singulis septimanis tres missas pro anima fundatoris absolvendi, videlicet secunda, quarta feriis et die sabb. Erectio huius ministerii per olim Joa. Krall, can. et iudicem surrogatum Posn., a. 1743 facta. Sed quoniam per Commissionem in anno 1774 Posnaniae expeditam, de qua iam supra titulo »Synagoga Posn.« inter summas Capitulares mentio facta, summa haec originalis 6000 fl. pol. ad fl. 4337 gr. 3 reducta, a qua annuatim provenit census solummodo fl. 153 gr. 16., ideo impositis obligationibus sentit se esse altarista gravatum.

Capella s. Crucis, olim comitum de Gorka. Juxta Visitationem Tholibovianam primitus habuerat altare s. Stanislai principale consecratum, nunc exposita publicae venerationi crux Servatoris gratiosa.

Vigore fundationis Gorkanae sunt constituti duo altaristae, unus paenitentiarius Mathaeus Woyciechowski et alter secretarius Capituli, qui singulis septimanis per unam missam pro animabus Gorkow absolverent, sed reducto censu reductio onerum missarum desideratur.

Ad hoc altare s. Crucis adinventum est fundatum esse antiquitus ministerium Niegolevianum dictum fundationis olim Mgfci Andreae Niegolewski, capitanei Pobiedziscensis, super summa 800 fl. in bonis eius haereditariis Uścięcice dictis distr. Costen. ex censu a quolibet centum per septem de anno 1652 inscripta et sequenti anno 1653 in Consist. Posn. sub die 24. Jan. approbata cum obligatione unius missae qualibet septimana absolvendae. Tandem anno 1747 modernus possessor Adm. Rev. Janowski, secret. Capituli, lustrando Visitationem olim Tholibowski eppi hancce summam 800 fl. connotatam advertit et vigore sui institutionis ad dictum ministerium anno eodem 1747 iure devolutivo obtentae pro vindicanda eiusmodi summa olim Mgfco Victori Raczynski, palatinidae Posn. uti dictorum bonorum Uścięcice haeredi, processum instituit et solutionem saepe dictae summae obtinuit, ad quam praenominatus Mgf. Raczynski ex zelo pietatis fl. 200 adiecit cum obligatione pro animabus suffragio carentibus quinque missarum absolvendarum. Haec summa cum additamento 200 fl. efficiens 1000 fl. per Capitulum de bonis Brody levata et in bona Turwia

cum aliis summis altaristae Kwadynsciani de actu supra titulo «Capella s. Ovidii« specificato translata.

Jus collationis ad hocce ministerium spectat ad legitimos successores praenominati fundatoris olim Andreae Niegolewski, capit. Pobiedziscensis.

Secundum ministerium recens fundationis olim Petri Kossowski scholast. a. 1743 in Officio Consist. Posn. approbatum, cuius possessor Adm. Rev. Paulus Włodarski, sacrist. Cath.

Jus collationis pertinet ad Capitulum, vigore cuius hocce ministerium praevio decreto Capit. a. 1761 die 20. Julii emanato sacristiano praesenti et successoribus sacristianis incorporatum cum imposita obligatione, ut missam huic fundationi annexam singulis diebus Dominicis ob commoditatem populi finita contione in capella eiusdem s. Crucis absolveret. Obligatio in erectione apposita, quatenus pro censu a summa originali 2000 tynph. pol. in et supra synagoga Posn. act. Consist. gen. Posn. die 20. Aug. 1737 inscripta annuatim proveniente altarista duas missas qualibet septimana, vid. fer. IV. et die sabb. celebraret et absolveret. Nunc ad nexum praedicti decreti Capituli absolvit unam die Dominica, alteram fer. IV. aut sabbatho.

In eadem capella s. Crucis est fundatum Collegium mansionariorum cursus Passionis, de quo suo loco scriptum est.

In hac capella ante quidem restaurationem fuerat altare BMV. translatum ex altari quondam ante locum Capitularem sito, ad quod ex fundatione olim Stan. Krasinski, cust. Posn., altarista absolvere tenebatur singulis septimanis unum missae sacrificium ex censu annuo a summa 1000 fl. super bonis Civitatis Vschoven. inscripta et inter summas Capitulares comprehensa proveniente. Ob diminutionem vero censuum et onus missarum diminutum. Ministerium ad praesens vacat, census vero pro missae sacrificiis inter clerum minorem distribuitur.

C a p e l l a s s. C o r p o r i s post maius altare, quondam BMV. Nowodworsciana nuncupata, a tempore autem repositionis SSmi sumpsit denominationem ss. Corporis. In qua ab antiquo fuerant tria ministeria, quae Visitatione Tholibowski attinguntur esse vicariis Cathedr. annexa, ideo proventus horum inter census vicariorum videantur comprehensi.

In eadem capella per olim Adamum Nowodworski, eppum Posn., fundatum et erectum (est Collegium) mansionariorum cursus Beatae, de quo iam superius scriptum est.

C a p e l l a s. J o a n n i s N e p o m u c e n i, quondam Powodosciana dicta, in qua ex Opalinsciana et Tholiboviana Visitatione devenitur fuisse sex ministeria distincta, de horum tamen possessoribus et proventibus non constat.

In hac capella habet ministerium Collegium paenitentiariorum Cath. fundationis olim Francisci Libowicz, cuius proventus et obligatio iam supra in descriptione censuum eiusdem Collegii patet.

Secundum ministerium fundationis olim Simonis Wosinski, can. Posn., ex censu a summa originali 2000 fl. in et super synagoga Lesnen. act. Cost. fer. III. post fest. s. Mathaei Ap. a. 1727 inscripta proveniente, testamento eiusdem pie defuncti testatoris canonici pro absolvendis missis in capella s. Joa. Nepom. disposita. Hoc ministerium Capitulum praevio sui decreto in a. 1761 lato applicavit pro dote certa sacristiano Cathed. et succedaneis sacristianis cum obligatione missam pro maiori commoditate finita contione diebus festivis pro anima Simonis sacerdotis celebrandi, uti et ad praesens celebrat R. Paulus Włodarski sacristianus.

Tertium ministerium fundationis olim Caroli Poninski suffrag. pro missis absolvendis ob diminutionen census a summa 1000 fl. super synagoga Posnan. locata ad quotam fl. 23 gr. 24 reducti vacat. Item bina sunt ministeria pro vicecustode, de quibus in proventibus eiusdem supra dictum est.

C a p e l l a S z o l d r s c i a n a, olim Rydzynskich dicta, ad praesens ss. Angelorum sub titulo Inventionis s. Crucis, ss. Trinitatis, Conceptionis BMV. ac s. Martini.

In hac capella extant quatuor ministeria, quorum primum a. 1410 die 17. Nov. erectum collationis familiae Rydzynskich, cuius capellanus ad praesens Petrus Rozewicz a. 1743 die 29. Julii institutus. Habuit altarista antiquitus censum marcarum viginti ex bonis diversis in Visit. Tholiboviana descriptis, sed in horum possessione antecedaneos capellanos fuisse nusquam legitur. Percipit tamen censum a summa originali 1000 fl. pro auctione per Mgf. Albertum Rydzynski, castell. Landen., in bonis Parkowo dist. Posn. sabb. post Dom. Laetare Quadrag. a. 1714 recognita cum onere absolvendi quadraginta missas per annum in sacello Angelorum.

Ministerium Zgierscianum fundationis olim Lucae, paenitent. Cath., cuius capellanus Joa. Gorczyczewski a. 1775 institutus die 31. Mart. Proventus capellani: Primo census a summa 1000 fl. in et super bonis Budziszewo coram act. Cast. Posn. fer. II. post

fest. s. Aegidii a. 1644 inscripta, ex quo censu contribui debent fl. 5 vicariis Cath. pro decantanda votiva de Assumptione BMV. cum addita collecta pro defuncto Luca sacerdote. Item census a summa 400 fl. super iisdem bonis Budziszewo act. Cast. Posn. feria II. post fest. Immac. Concept. BMV. a. 1643 ex fundatione eiusdem Lucae Zgierski recognita. Obligatio octuaginta missas per annum absolvendi pro anima fundatoris per olim Tholibowski circa approbationem testamenti dicti Lucae Zgierski imposita.

In saepe dicta Visitatione Tholibowski annotatum est quartum ministerium de tenore eiusmodi: Ministerium in eadem tituli multorum Sanctorum, sed novissime s. Crucis et s. Martini, prout in libro Opalinsciano fl. 231...... translatum de Srem per olim Urielem de Gorka epp. Posn. a. 1482. Habet censum marcae unius super Zorobowo in libro Consist. Posn. a. 1497 die 10. Maii. Item censum fl. sex hungar. super Budziszewo pro 77 fl. hung. in libro Officialis 1488 die 8. Apr., eadem obligatio acticata in actis Consist. gener. a. 1518.

Ex Visitatione vero olim Hosii eppi deducitur horum ministeriorum unum fuisse possessorem Martinum Kerdowski vicedecan., sed ad praesens, cum sint duo capellani, Rydzynscianus et Zgierscianus, orta est nimia controversia respectu census sex illorum aureorum hung. a summa 77 fl. hung. super Budziszewo inscripta et haerente, alterutri eorum servire debeat. Rydzynscianus enim utpote Rev. Rozewicz per aliquot annos illum censum receperat nunc Zgiersciano impugnante, lis pendet et hoc intuitu designata est condescensio in Budziszewo agitanda et ex actoratu Gorczyczewski praevia adcitatione Mgfcae Tomicka, bonorum Budziszewo haeredissae, acsi pro indebita extraditione census altaristae Rydzynsciano expedienda.

Accessit in praefato sacello ss. Angelorum ministerium Cieleccianum fundationis olim Sigismundi Cielecki, praep. Cath. ex censu a summa 3000 fl. p. in et super bonis Sędzino et Sędzinko dist. Posn. act. Cast. Calissien. feria II. post fest. ss. Trinitatis a. 1654 inscripta testamento eiusdem olim fundatoris pro altarista, qui missas ad altare ss. Angelorum pro anima sui testatoris absolveret, disposita et legata. Huius ministerii ad praesens possessor Rev. Drzewiecki ex praesentatione Capituli institutus 1775.

Praeter alias antiquas obligationes et fundationes in hac capella ss. Angelorum ex fundatione olim Andreae Szoldrski

eppi decantari solet singulis diebus Gregoriano cantu cum praeludio minoris organi missa de Angelis, ad quem cantum constitutae sunt septem personae, inter quas inveniuntur ad praesens presbyteri quatuor, videlicet Sankiewicz praecentor tanquam senior, Andreas Lux mansion., Laurentius Florkowski vic. et Antonius Drzewiecki altarista. Tres vero assumpti sunt ex Collegio musico, qui occurrente turno celebrationis missae adhibent substitutos sacerdotes. Qui eorum proventus, descriptum est circa fundationem praenominati Szołdrski titulo »Thesaurus ecclesiae.« Senior ad praesentationem Capituli institui et alias personas idoneas assumendas ad huncce cantum dicto Capitulo praesentare debet. Insuper in hac capella accessit recens ministerium certae fundationis, cuius ordinatio descripta in decreto Capituli septimanalis sub die 19. Oct. a. 1778 lato.

Capella ss. Trinitatis, quondam Konarsciana, in qua Collegium paenitentiariorum ex erectione olim Andreae de Bnin, eppi Posn. super tribus altaribus 1) ss. Trinitatis, 2) s. Petri et Pauli, 3) s. Adalberti et Stanislai fundatum esse dignoscitur.

In eodem sacello est ministerium fundationis olim Hieronimi Wierzbowski, suffrag. et praepos. Cath. Posn., super censu a summa 1000 fl. p. in et super synagoga Posn. a. 1717 inscripta pendente erectum, cuius ad praesens possessor Joa. Gorczyczewski a. 1775 institutus, cum obligatione absolvendarum missarum.

Capella Flagellationis Christi Dni, nunc s. Joannis Cantii, quondam Czarnkowskich dicta, in qua erecta fuerant quatuor ministeria, quorum duo Jll. olim Opalinski a. 1622, reliqua duo Jll. Tholibowski eppus Collegio psalteristarum pro absolvendis missis coram studiosis academicis incorporaverunt, ideo proventus inter summarium censuum eiusdem Collegii est descriptus.

Capella s. Apolloniae, Regia dicta. Post resignationem Rev. Zygmuntowicz ad hoc altare s. Apolloniae Rev. Georgius Chudzicki ad praesentationem Capituli anno praesenti institutus, qui obligationes absolvit ad altare s. Apolloniae ad interim in capellam ss. Trinitatis translatum. Census fl. 35 a summa originali 1000 fl. in et super bonis Civitatis SRM. Posn. act. Cast. Posn. feria II. ante fest. s. Viti et Modesti MM. a. 1747 inscripta cum obligatione unius missae quolibet mense pro anima Michaelis Zakrzewski can. absolvendae. Item census a summa originali 100 aureorum hung. super bonis Szkaradowo

act. Cast. Posn. feria III. post fest. ss. Trium Regum a. 1432 inscripta cum onere absolvendae unius missae qualibet septimana pro anima benefactoris olim Martini Poniecki. Item census a summa originali 100 marcarum super bonis Tulce coram iudiciis Sreden. feria IV. post Dom. Conductus a. 1472 inscripta fundatoris Nicolai Bninski ex censu annuo numerando secundum inscriptionem marcam unam a fl. 16. De obligatione non constat, licet videtur esse possessio ex anterioribus quietationibus, census iure vindicandus. Item census a summa originali 1000 fl. fundationis olim Rembiszewski ab infideli Lewek levata et super bonis Kociugi act. Cast. Posn. feria II. pridie festi s. Francisci C. a. 1746 iunctim cum summis Capituli inscripta. Item census a summa 79 marcarum super bonis Melechowo in dist. Costen. sitis act. Cast. Posn. feria III. post fest. Circumcisionis Dni a. 1526 inscripta. Item census a summa 36 marcarum super bonis Charzewo dist. Gnesn. act. Cast. Posn. feria IV. ante fest. Purificationis BMV. a. 1551 inscripta fundationis Petri et Alberti Charzewskich. Item census a summa 50 marcarum super bonis Seroczyno et Barkowo in dist. Gnesn. sitis act. Cast. Posn. feria II. post Dom. Exaudi a. 1579 inscripta. Item census a summa 100 fl. p. super Chwalkowice in dist. Pyzdren. act. Cast. Posn. feria II. post fest. s. Andreae Ap. a. 1611 inscripta.

Sequuntur distincta altaria, quae ob restaurationem Ecclesiae de locis suis sublata.

Altare tituli Purificationis BMV. ex opposito capellae Szołdrscianae quondam situm, vicecustodi huius ecclae annexum ex fundatione olim Joa. Węgrowski, secret. Capit., habet pro dote summam originalem 1000 fl. p. per Petrum Tarło epp. approbatam, super synagoga Posn. act. Consist. Posn. die 10. Julii inscriptam cum obligatione in erectione iniuncta duas missas lectas quovis mense diebus sabbativis absolvendi, pro quibus altarista ex censu habere debet fl. 50, residuum vero fl. 20 pro missa cantata die Purificationis BMV. cum adhibita musica. Ad praesens solvitur census per medium.

Item censum habet a summa 500 fl. legationis honoratae Barbarae Zywinska, civis Chwaliszew., super eadem synagoga act. Cast. Posnan. feria V. post fest. OOSS. a. 1733 inscripta, in vim cuius census vicecustos obligationes ad altare Purificationis absolvere tenetur.

Altare s. Crucis Lubranscianum ex opposito capellae ss. Trinitatis fuerat quondam ligneum sculptum, partim deauratum. Hoc altare est incorporatum Collegio psalteristarum, prout fusius sub tit. »Collegium psalteristarum« descriptum.

Altare sub titulo Annuntiationis BMV. et s. Annae ad columnam ex opposito capellae Czarnkowianae (ad praesens s. Joannis Cantii) quondam situm. Ad quod altare Rev. Michael Taczynski ex praesentatione familiae Czarnkowskich a. 1779 institutus est.

Hoc altare a. 1437 die 17. Maii erectum super proventu seu censu sex marcarum in Szocko locatarum. Item habet censum a summa 100 marcarum super bonis Piglowice dist. Pyzdren. coram act. Cast. Posn. feria II. post fest. s. Luciae V. et M. a. 1565 recognita. Item censum a summa 50 marcarum super bonis Wronowo et Konary dist. Costen. coram act. Cast. Posn. in vig. fest. ss. Petri et Pauli Ap. a. 1514 recognita. Item censum a summa 50 marcarum in bonis medietatis villae Ułanowo dist. Gnesn. act. Cast. Posn. feria IV. post fest. Pentecostes a. 1539 inscripta et obligata. Item censum 4 ad praesens marcarum super lapidea quondam Włochowiczow, tandem Neymanow in Civitate Posn. sita in libris resignationum Civitatis eiusdem feria VI. ante fest. s. Viti et Modesti M. a. 1532 inscripta. In praefata lapidea devenitur ex contractu venditorio act. Consularibus feria IV. post fest. s. Francisci C. a. 1668 inscriptam esse summam fl. 200. Item censum a summa 30 fl. super domo quondam Pniewskich in oppido Srodcensi sita actisque advocat. Srodcen. feria VI. post fest. s. Margarethae a. 1770 recognita.

Altare ss. Trium Regum quondam sub veteri organo, tandem ex opposito capellae s. Jacobi ad columnam situm, fuerat vicecustodi Cath. annexum. Habuit altarista varias modicas fundationes in Visitationibus antiquis expressas, quae factae invindicabiles, modernus vero Rev. Cudniewicz vicecustos ex recenti fundatione olim Stan. Rudnicki paenitent. a summa 1000 fl. in et super synagoga Posn. act. Cast. Posn. feria VI. post fest. s. Bartholomaei Ap. a. 1735 inscripta censum fl. 35 annuatim percipit cum obligatione missae sacrificium qualibet septimana absolvendi.

Altare Annuntiationis BMV. Collegii vicariorum et roratistarum dictum Gorczyn ex opposito capellae s. Adalberti ad columnam ante presbyterium situm fuerat, ad quod vicarii

Cath. missas tres conventuales tanquam Dominorum Capitularium vices obeuntes decantare soliti.

A l t a r e s. S t a n i s l a i, quondam situm ad columnam penes ambonam ex opposito capellae s. Crucis, ad praesens non reperitur. Hoc altare canonico fundi Kaźmierz incorporatum. Quos habuerit proventus, lucida in Visitatione olim Tarło descriptio. Sed in horum possessione tam antecedaneus immediatus olim Wosinski, eiusdem fundi canonicus, quam modernus Perill. canonicus Iłowiecki nec fuit nec est.

Sacristianus Cathedr. Adm. Rev. Paulus Włodarski psalt. praevio decreto Capitulr a. 1761 die 20. Julii emanato praestitoque iuramento constitutus. Ultra annexa sibi altaria seu ministeria, et quidem primum fundationis Petri Kossowski in capella miraculosae Crucis, secundum fundationis P. Wosinski in capella s. Joannis Nepom., tertium in capella s. Adalberti fundationis Dobrzelewski, de quibus suo loco dictum est, habet pro munere sacristiae et censu summam 1500 fl. p. super bonis Zalesie locatam per quinque a centum computando fl. p. 18 gr. 22½.

E l e n c h u s a c t o r u m E p i s c o p a l i u m P o s n a n i e n s i u m.

A c t a Andreae de Bnin eppi ab anno 1439 ad annum 57 et 1458—79, Urielis de Gorka 1479—99, (In eodem libro continentur acta Rev. Joannis de Łukowo, administratoris Posn. ab a. 1498), Joannis de Lubraniec eppi ab a. 1499—1509, 1510—16 et 1517—20, Petri de Tomice 1520—36. Joa. Latalski 1537—46, Benedicti Jzdbinski ab anno 1546—50 et 1550—60, Czarnkowski incipiunt 1553, item 1561—67, Konarski et Lucae a Koscielec epporum 1568—75, Powodowski administratoris 1575—77, Konarski et Koscielecki 1577—81, eiusdem Koscielecki 1581—92 et 1592—1597, Brzeźnicki administr. a. 1593 (In eodem libro continentur acta Consistorii anni eiusdem), Tarnowski et Goslicki epporum 1598—1604, Goslicki 1605—1607, Opalinski 1607—1610, Gaspari Hap auditoris 1612—13 et a. 1613, acta eiusdem et Moręski ab a. 1613—18, Trach Gninski administr. 1619—24, Wężyk 1624—27, Lubienski 1627—31, Nowodworski 1631—35, Cielecki administr. 1636, Szołdrski 1637—39 et 1639—45 (in quibus etiam continentur acta Branicki ob absentiam eiusdem eppi Romae commorantis ab a. 1639—41), acta eiusdem Szołdrski 1646—50, Sigismundi Cielecki a. 1650, principis Floriani Czartoryski ab a. 1650—52, 1653—55, Tholibowski 1656—58. (Liber non completus nec compactus, in quo ab a. 1658 die 2. Mart. ad

a. 1662 die 5. Junii desunt acta, in alio tamen libro seorsive compacto reperiuntur ad a. 1662 die 4. Febr.): Acta Wierzbowskiego et aliorum non reperiuntur. Acta administr. Pawłowski a. 1732, administr. et officialatus Kierski a. 1738 et 39, principis Czartoryski a. 1740—42.

Elenchus actorum Consistorii generalis Posnaniensis.

Liber Boguslai, officialis Posnan., anni 1404—10, 1417—24, 1419 et 20, liber eiusdem a. 1421 et 24. Liber Mathiae Kordebok separatus a. 1426 et 27, 1429, 30, 30, 31, 32, 33, Clementis Drzewica a. 1634 et 35, Jacobi Grandis 1436 et 37, Nicolai Ciotczani 1438—39, Głęboczek 1440—41, Ciotczani a. 1442, 1443—44, 1444, Jacobi de Wyganowo 1445, 46, 47, 48, 49, Nicolai de Kosten 1450, Jacobi de Wyganowo 1451—52, Kordebok 1451—54, Jacobi de Wyganowo 1454—56, eiusdem 1457—58, Nicolai de Sobota 1459 et 1460—61, 1462—71, eiusdem seorsivus 1472—73, 1471, item annorum 1472—79, eiusdem 1476—77 et 1478—79, Nicolai de Szkudła 1480, eiusdem Nicolai 1481—85, Adalberti de Gay 1486—89, Nicolai de Szkudła 1490—91, eiusdem 1492—97, item separatus 1491 et 92, item separatus eiusdem 1493—99, de Gora 1500—02, Nicolai de Kotwicz 1505, item separatus eiusdem 1504, 1505 et 06 et 07—09, item separatus de Gora 1505 et 06 et 1507—18, Joannis de Charbowo 1519, eiusdem 1520 et 21 et 1522—24, Joannis de Sławno 1525—26, Nicolai de Oleśnica 1727, Simonis de Charbelino 1528, de Sławno 1529, Simonis de Charbelino 1530—31, 32—33, 34—35, 36. In eodem libro continentur acta Nicolai Jaktorowski a. 1537, Nicolai Jaktorowski 1538, Gregorii de Schamotuły 1539, Andreae Przecznławski 1540—43, 1544—45, Martini Dąbrowski 1545—48 inchoative, Skrzetuszewski 1548, 49, 51 inchoative, Francisci Wysocki 1551—54 et 1554—59 1560—67 et 1567—69, Joannis Piotrowski 1570—74 et eiusdem — 1577, Felicis Pomorski 1577—79 et 1580—82, Michaelis Sławinski 1582—86 et 1587—90, 91—93, 94—96 et 1597, prothocollum a. 1588—96, Joannis Dziekczynski 1598—1600, 1601—02, 03—05, 06—08, Nicolai Ziemecki 1608—09, acta eiusdem et prothocollum 1610—12, acta Gaspari Hap 1613—18, Moręski 1619—21, Opalinski et Piasecki 1621—23, acta Zukowski 1624—27, Baykowski 1628—29, 29—31, 31—33, 33—35, 35—39, Baykowski et Branecki 1639—41, Branecki 1641—50, Swiniarski 1651—52. Aliorum vero annorum, videlicet 1652—59 prothocolla extant, quae ad

munda prothocolla non sunt redacta. Acta Swiniarski et Dobrzelewski 1660—65, Dobrzelewski 1666 77, Wierzbowski 1678—79, 1679—86 (acta a. 1687 desunt), 1688—90, 91—94, prothocollum non acticatum dilaceratum vix legibile 1694—98, item prothocollum a. 1698 a die 28. Mart. terminatum 1699, acta anni 1699 desunt, prothocollum a. 1700 01 non acticatum, susceptarium 1702—03 non acticatum, item prothocollum a. 1702—04 non acticatum, prothocolla ab a. 1705—08 desunt. Item prothocolla a. 1709 13, 13—18, 18—22, 22—23 non acticata, susceptarium 1720—24, item prothocollum 1723—25 ad diem 31. Martii 1724 non acticatum. Prothocollum ab a. 1725—27, acta ab a. 1724—25, 26, 27 et praeterea prothocolla. Prothocollum 1728-31, item susceptarium 1728—34, item prothocollum 1731—33 non totum acticatum, acta administratorialia 1732—33 ad die 7. Apr. Acta a. 1733—34, 35—36, 37—38, 39—40, 41, 42-45, 46—48, 49—51, 52 55, 56—69, acta Skrzebowski a. 1759 64, acta a. 1765—69, 1770—75 non completa, 1775—78, 79—81.

Prolatorium sententiarum Consistorii Posn. ab a. 1473—1551, item secundum prolatorium ab a. 1551—1609.

Acta visitationum.

Liber visitationum Episcopalium Tarnowski et Goslicki 1598.

Visitatio Summi Posn. 1604.

Visitatio Colleg. D. M. Magdalenae et hospitalis s. Spiritus Opalinski 1618.

Visitatio fraternitatis altaristarum eccl. colleg. D. M. Magdalenae Posn. 1618.

Compendium privilegiorum capellis et altaribus in eccl. colleg. M. Magdalenae Posn. servientium.

Liber iurium praelatorum eiusdem colleg., tum canonicorum et beneficiatorum.

Visitatio archidiaconatus Sremensis et ecclesiarum s. Martini, s. Joannis, s. Margarethae, s. Adalberti Posn. per Hap 1610.

Visitatio Strzałkowski archidiaconatus Posn. 1638—39.

Visitatio ecclae colleg. Varsavien. per Wężyk, tum et aliarum ecclesiarum intra et extra Varsaviam 1626.

Visitatio Wolski decanatus Sremen. et Crobensis 1667.

Visitatio archidiaconatus Psceven. Branecki 1641.

Visitatio Lubienski eppi Posn. 1628.

Visitatio Gninski archidiaconatus Sremen. 1685.

Visitatio Zalaszowski archidiaconatus Posn. 1695.

Visitatio Szembek variarum ecclesiarum 1618 et 19.
Visitatio archidiaconatus Posnan. per Libowicz 1626—28.
„ „ Sremen. „ „ 1725—26.
„ „ Psceven. „ „ 1724—25.
Processus canonizationis s. Stanislai Kostka.
Regestrum actorum connotatorum ad annum 1690.
Visitationes nonnullarum ecclesiarum nescitur per quem expeditae fine principioque carentes funiculis ligatae.
Regestra instigatoris tum et libri ordinatorum nonnullorum episcoporum reperiuntur ad praesens minus necessarii, ex recentibus vero duo libri tantum reperiuntur Ill. Wierzbowski et Kaznowski suffrag., liber ordinatorum per olim principem Czartoryski, ep. Posn., liber ordinatorum per olim Pawłowski, eppum Niochensem, multum defectuosus.
Visitatio archidiaconatus Posn. praeter decanatum Czarnkoviensem olim Kaczkowski.
Visitatio decanatus Czarnkov. Kierski
Visitatio archidiaconatus Sremen. in duobus libris olim Wolinski.
Visitatio archidiaconatus Psceven. olim Pawłowski.
Visitatio nonnullarum ecclesiarum in archidiaconatu Posn. per Robertson.
Visitatio decanatus Neomestensis olim Horlemes, decani foranei loci.
Duo libri Visitationum Rogalinski, unus ecclesiarum colleg. intra et extra moenia Civitatis Posn., alter vero decanatuum quattuor, videlicet Sremensis, Costensis, Neomestensis et Borcensis.

Loco decreti reformationis pro Reverendissimo Capitulo ecclesiae Cathedralis Posnaniensis.

Iurium officiique Nostri pastoralis ratio exigebat, ut hanc ecclae Cathed. Nostrae Visitationem susciperemus, quam die 15. mensis Junii a. 1781 coeptam hodierna die nempe 18. mensis et anni currentis 1784 divina ope adiuti sequentibus concludimus.

I.

Praecipuum huic visitationi Nostrae finem veluti scopum quendam praefiximus, ut penitiorem habere possimus principis ecclesiae istius Nostrae notionem eiusque cleri superioris aeque ac inferioris institutorum consuetudinem atque omnium eorum, quae ipsam atque adeo cuiusmodi bonum ipsius quacumque ratione contingunt.

Quam ob rem delectis eum in finem aliquot ex gremio ipsiusmet Cathed. Capituli Nostri personis, quarum perspicax rerum intelligentia, sedula et indefessa operositas et peculiare studium erga bonum huiusce ccclae plurimum momenti allatura videbantur ad rite perficiendum visitationis Nostrae institutum, earundem adminuculo illud aggressi sumus.

Imprimis autem communia haec studia Nostra eo collimabunt, ut praesentem ecclesiae, legum ac institutorum ipsius una et cleri eiusdem statum definire atque Nostram hanc visitationem cum antecessorum Nostrorum visitationibus conferre valeamus, quo facilius certiusque isthaec statu(s) variorum temporum definito tam nosmetipsos illustret in decernendis iis, quae a Nobis accurata rerum inspectio exigere videretur, quam successoribus Nostris quasi facem quandam praeferat, hanc videlicet status praesentis descriptionem, quae accuratius, qualem ecclesiam Nostram accepimus et invenimus, designaret.

II.

Lustratio haec inspectioque Nostra primum id maximopere videbatur exigere, ut rationarium aliquod conficiatur seu inventarium archivi Cathed. ecclesiae Nostrae, in quo tanquam in repertorio quodam omnia ipsius acta contineantur, quodque veluti conditorium paratissimum indicet ac subministret singula privilegia, quae partim ad Episcopos, partim ad Capitulum, imo vero ad totum clerum dioecesanum spectent. Libentissimo itaque animo id accepimus, quod hoc visitationis istius intervallo inventarium totius archivi Capitularis contectum sit, adiecto etiam peculiari elencho distinctim ac separatim indicante iura, quae ipsorummet Episcoporum, quae Capituli quaeve cleri dioecesani referat scire ac tenere.

Continet inventarium hoc rationarium etiam temporum omnium actorum aeque ac privilegiorum una cum synoptica notione singulorum, nec non quibus ea testibus vel obtenta illa aetate vel retenta per successores et propagata fulciantur, et ut paucis absolvamus: Inventarium praefatum subministrat pretiosissimas illas reconditissimae antiquitatis reliquias, quae ab iniuria temporum monumentis maiorum nostrorum vindicatae, Nobis nunc aetatem agentibus posterisque Nostris suam olim acturis quasi facem praeferant ad invenienda ea omnia, quibus iura nostra vel continentur vel demum quomodocumque attinguntur.

Eadem vero istarum antiquitatum digestio Nostra maiorem in modum delectabit Nos posterosque Nostros notione accurata eventuum ac vicissitudinum, quae isthanc ecclesiam, imo et totam hanc dioecesim affecere, quin etiam non pauca eaque haud parvi momenti monumenta istius inventarii conferent aliquid ad universam Regni nostri historiam conficiendam, veluti iam contulisse videbuntur legenti volumen quintum historiae Poloniae his temporibus nostris conscriptum et hoc ipso anno publici iuris factum. Quam ob rem inventarium istud privilegiorum, iurium et actorum Capitularium ordinatim dispositum et elucubratum et tribus voluminibus conclusum Capituli Nostri curae singulari commendamus.

III.

Non minus etiam necessariam duximus hoc visitationis Nostrae intervallo renovationem statutorum Capitularium. Necessitas vero ista inde vel maxime emersit, quod statuta haec varietatem temporum ac aetatum, quibus extiterunt, prae se ferentia saepenumero minime secum ipsis cohaerebant irrepserantque (prout rerum humanarum fert conditio) in ea dubia, quin et repugnantia non pauca, unde persaepe illa oriebatur in decernendo perplexitas, quae Capituli quietam securitatem confusione sua implicabat. Quo igitur facilius incommodis huiusmodi occurramus optatumque studii Nostri erga Capitulum obtineamus effectum, ut statuta sua brevia aeque ac dilucida atque ad rationem temporum praesentium accomadata habeat videatque congesta, una cum ipsomet Capitulo atque ipsiusmet e gremio delegimus quatuor viros, qui spatio visitationis huius statuta omnia sedulo perlustrarent eademque diligentius perpenderent, repugnantia expedirent, dubia illustrarent, verbo: qui ideam ad renovationem eorum quae diximus statutorum pro sua tam ingenii doctrinaeque perspicatia, quam iurium ac consuetudinum ecclesiae huiusce notione concinnarent perficerentque. Hi a Nobis et Capitulo delegati demandata sibi defuncti provincia, rationem suscipiendae statutorum renovationis a se confectam Nobis Capituloque Nostro porrexerunt, eam demum rationem instaurandorum statutorum non tantum Nosmetipsi Capitulumque Nostrum legimus separatim, verum etiam solemnissime lidem una cum universo Capitulo relegimus et emendavimus. Hanc, sicuti una cum eodem Capitulo acceptavimus, ita separatum in librum inscribi iussimus ac Nos et praesidens Capituli subscripsimus. Atque adeo pro insigni munere ac pignore studii Nostri relinquimus Capitulo

Nostro hanc renovationem singulariorum eique peculiarium statutorum iam liberam et purgatam ab illa farragine repugnantium et dubiorum, quae antehac statuta eadem vehementius intricata implicabant.

Iure id non minus quam more perpetuo invectum ac usitatum fuit, quod Episcopi visitationis suae tempore decretis reformationum suarum adiicere consueverint articulos ad regimen cleri sui Cathedr. pertinentes. Nostrum id vel maxime animum oblectat, quod liberi a praescribendis Capitulo Nostro peculiaribus quibuscumque institutis pretiosissimi monumenti loco ei offeramus pro fructu pastoralis Visitationis Nostrae statuta Capitularia nunc primum renovata.

Nulla ei praescripta (si ita loqui fas est) obtrudimus, verum ipsiusmet statuta una cum ipsomet revisa, perpensa et perfecta quam fidelissime ipsius curae fidelique observationi commendamus. Hinc vero eam spem animo concipimus fore, ut cura fidelis et diligens statutorum istorum observatio unumquemque intra limites propriae vocationis contineat optatissimamque eiusdem Capituli pacem et pacatissimam eiusdem securitatem communiat eamque ratione quam splendidissima illustret atque confirmet.

IV.

Ab antiquissimis temporibus in more positum erat Cathedrali ecclesiae Nostrae, quod singularem curam impenderit educationi invenum ad statum clericalem aspirantium, quorum sub nomine scholarium frequens in actis Capitularibus mentio primitiva occurrit. Capitulum utpote senatus ecclesiae apprime novit, quam id magnopere cleri totius intersit, ut ii, qui sese ad statum clericalem conformant, non minus sacerdotali spiritu initientur, quam doctrinarum studiis imbuantur quam optime. Itaque non tantum praesentis Visitationis, verum etiam aliquot iam annorum (quibus curam Dominici gregis in hoc ovili Nobis commissam gerimus) fructum haud exiguum putamus ordinationem Seminarii dioecesani Posn., in quo surculi destinatae ad statum clericalem inventutis huic dioecesi satis firmas in spiritu ac doctrina radices agant, quo frugiferis tandem incrementis gratiam eidem dioecesi operam reddant impensam. dum sese totos eiusdem emolumento, propagationi videlicet gloriae divinae consecrabunt. Ordinationem huiusce Seminarii una cum praesenti visitatione Cathedralis ecclesiae consignatam subscripsimus, spe freti haud dubia principi quoque Cathedrali ecclesiae Nostrae

non parvi momenti commoda inde obventura, ceteras vero dioecesanas ecclesias Nostras hinc sacerdotes virtute ac doctrina et in utraque assiduo nec vano labore praestantes obtenturas.

In eodem etiam seminario statuimus et disponimus locum et facultatem subsistendi emeritis pauperibus quatuor presbyteris.

Cum vero isthaec dispositio nostra partem universi regiminis dioeceseos totius contingat, in eam spem erigimur fore, ut nobis provincia nostra tam fungentibus quam defunctis exoriantur aliqui boni communis dioecesani amatores, qui ad promovenda, propaganda et tandem perficienda haec felicia instituti tam salutaris primordia sua ex parte conferre pro viribus non dubitabunt.

V.

Inivimus etiam et ipsimet excepimus hoc Visitationis nostrae intervallo solita tam superioris quam inferioris cleri scrutinia. Quidquid ex huiusmodi scrutiniis cognovimus, id quam fidelissime consignavimus memoresque illius christianae caritatis, cui vel maxime lex Evangelica veluti basi solidissimae innititur, quod cuique respective commendandum iudicavimus, id ei viritim (ac ut aiunt inter me et te) commendatum voluimus fecimusque. Universis vero et singulis Reverendissimis Praelatis et Canonicis, fratribus nostris id imprimis nunc et maximopere commendamus, ut mutuam erga se caritatem servantes colentesque ita se invicem diligere satagant, quemadmodum Dominus dilexit nos. Dominus inquam ille, qui semetipsum verbo et opere nobis proponens exemplum id vel maxime inculcabat: Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita et vos faciatis. Dominus ille, qui dilectionem fraternam pietati erga Deum debitae exaequans ait: in his duobus mandatis (divinae videlicet fraternaeque caritatis) universa lex pendet et prophetae. Huius legis vincula, si cunctos Christi Domini nostri sectatores erga se invicem arcte devinciunt, certe nos legis huius custodes et interpretes obstringunt arctissime, ita ut nobis et gregi nostro de nobis pronuntiatum iudicare debeamus illud Supremi et Divinissimi Legislatoris nostri decretum: in hoc cognosceut omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. Ante omnia igitur mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes, eam vel maxime, fratres, tenete, colite, perficite, propagate, quae cooperit multitudinem peccatorum. Atque adeo animis contra omnes inimici-

tiarum suggestiones obfirmatis, si quid etiam adversi ex parte fraterna obrepserit, alter alterius onera portate, nam sic demum adimplebitis legem Christi.

Pax autem, quantum ad ordinem regiminis cuiusquemodi conferat atque adeo, quantum regimen ipsum caritate solidissime fulciatur, nemo non videt. Meminerint etiam et iterum iterumque recogitent, perpendant penitusque id animis suis infigant Rmi Praelati et Canonici, fratres nostri carissimi, si quando alias, nunc certe maxime hoc deterioris aevi tempore, spectaculum se factos esse mundo et hominibus, in se nempe plus solito nunc omnium oculos esse conversos. Meminerint lucernas se esse lucentes seque non sub modio, sed in candelabro positos, quo nimirum sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum, qui in coelis est. Meminerint se illum esse salem terrae, qui ab omni corruptionis cuiusque modi infectione defendere debeat Christi ovile, nedum ut illud ipsimet graveolentia (m) exemplorum fermentationibus inficiant. Ipsis enim singulariter incumbit ipsorumque peculiariter, imo et totius universim id interest ecclesiae, ut sint Christi bonus odor seque in omnibus praebeant exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate, ut ii, qui ex adverso sunt, (quorum proh dolor infensa Dei ecclesiae in immensum propagatur soboles) nihil habeant malum dicere de nobis. Meminerint denique, quot quantisque titulis in ecclesia militante exornati, ecclesiae triumphanti desponsati, Deo coeloque singulariter devoti, tanquam regale sacerdotium praeeant universo populo cleroque illamque constituant civitatem supra montem positam, quae abscondi non potest, atque adeo verbum et opus sanum et irreprehensibile debere se mundo et angelis et hominibus arbitrentur, cogitent, meditentur et praestent.

Quo facilius id praestare valeant, optamus cupimusque maiorem in modum, ut otium (laboris et contentionis inimicum) fugiant seque totos operosae vitae impendant, quae taedia propulsare sola potest plurimaque mala otiosis inhiantia scit et consuevit avertere. Neminem eorum fortasse latet, quam adversa ecclesiae, quam infelicia clero ei devoto ingruerint haec nostra tempora. Ipsemet huius Regni clerus haud levia tam corrupti aevi iam persentiscit incommoda, quibus maiora in dies finitimarum regionum exempla (utpote semper in pravum fortiora)

9*

nostri etiam Regni ecclesiis minitantur. In eiusmodi rerum articulo, quanta cautione sit opus, ne omnia in deterius ruant, nemo non videt. Quamobrem fixum in animo omnium destinatumque sit oportet amovenda esse, reicienda prorsus et resecanda cuncta ea, quae luxus et pravarum opinionum praeiudicia in mores nostros invexere perversa, accuratius multo quam antehac officii rationes tam exigendas esse una ex parte, quam exequendas ex altera, solida quadam gravitate morum et virtutis aeque ac doctrinae splendore pristinam illam status ecclesiastici auctoritatem recuperandam, praesentem vero plus aequo labentem erigendam esse ac corroborandam, huic demum gravitati morum sociandam esse quandam studiosam erga omnes, verum semper ecclesiae statusque sui memorem suavitatem, qua id, quod virtus et doctrina possit habere austerae severitatis, velut condimento quodam delinitum mitescat, eaque ratione iucundius in animos hominum influens eos nobis demulceat et obstringat.

Haec, ut in Domino autumamus, firmissima erunt legum et privilegiorum fundamenta, his illa melius quam aeneo innixa muro stabunt, durabunt et in dies singulos firmabuntur; haec, quemadmodum in vestra potestate sita, vestram curam operamque requirunt. Ita ea vobis, quam maxima possumus contentione, iterum iterumque in Domino commendamus.

Ad clerum minorem Ecclesiae Cathedralis.

Peractis his, quae in visitanda ecclesia nostra Cath. primarie solicitudinem nostram pastoralem exposcere videbantur, nunc ad vos, carissimi presbyteri, qui in varia collegia classesque distincti laboribus vestris cultum divinum hac in ecclesia plurimum fovetis, animum oculosque nostros convertendos putavimus.

Nihil equidem novi dicturi sumus, quod iam a piae memoriae laudabilissimis praedecessoribus nostris vobis non commendatum incultatumque fuerit. Si horum paternis monitis, sapientissimis institutis diligenter obtemperantes, si sanctae vocationi vestrae dignitatique sacerdotii pro virili respondentes, si in exequendis uniuscuiusque officiis singulos vos strenuos Christi operarios, non perfunctorios mercenarios invenimus, summas et Deo ter Óptimo Maximo et vobis, fratres in Christo dilecti, deferimus gratias, quod, quocumque tempore oculus Dni vos visitaverit, semper paratos vigilantesque inveniat. Quos autem ab officio suo passim deficere accepimus, hos pro munere

nostro suaviter et fortiter in Dno admonemus, ut memores sint, quod, quemadmodum operarii digni sunt mercede sua, ita defraudatores operis mulcta et poena. Exigua equidem haec sunt stipendia, quae illis in terris solvuntur, sed vocati de coelo viri non terrestria, sed coelestia respiciant, Deum ut munificentissimum bonorum operum remuneratorem, ita tepidorum execratorem et severissimum vindicem intueantur.

Cum autem Visitatione nostra non spiritualibus solum, sed et temporalibus providendi finem proposuimus, haec primo generalia monita omnium presbyterorum collegiis communia praemittenda duximus, tum, quae singula specialiter concernunt, sequenti paragrapho adiiciemus.

§ primus.

1. Consulentes immunitati iurium omnium collegiorum ad eccl. Cath. fundatorum nec non posteritatis et variorum casuum rationem habentes, singulis collegiis serio commendamus, ut intra spatium medii anni binos libros sibi conficiendos curent, in quibus omnia iura, privilegia, immunitates uniuscuiusque collegii ordine suo digesta et conscripta inserantur, unusque id genus liber penes seniorem collegii, alter in archivo Capituli diligenter asservetur.

2. Cum magna non raro difficultas oriatur in vindicandis censibus a multis minoribus summis pecuniariis apud varios locatis et dispersis, ideo omnibus collegiis intimamus, ut huiusmodi summas in unum capitale colligere satagant idque tutis personis et bonis addicant, quo facilius et census ab illis recuperari et in casu necessitatis iure ab iisdem personis praedictae summae repeti possint.

3. Quodvis collegium habeat suum prothocollum, in quo omnes obligationes absolvendarum missarum secundum modernam reductionem (infra ponendam) inscribantur. Atque hoc modo omnia anniversaria et missae a celebrante notentur, tum quovis semestri senior collegii celebratas missas in unam summam colligat ac cum praescriptis obligationibus conferat, ubi, si quem repererit obligationi suae non satisfecisse, eidem secundum praesentem reductionem proportionatum neglectae obligationi stipendium subtrahat.

§ secundus.

Praemissis his, quae ad totum minorem clerum spectant, nunc ad haec, quae singulis collegiis in decursu Visitationis

nostrae commendanda duximus, accedimus. Ac primo quidem monitos esse volumus

R. R. Paenitentiarios,

1. Ut secundum vetera statuta nec non consuetudinem antiquitus receptam omnes paenitentiarii diebus Dominicis et festis tempestive hora septima mane sese ad ecclesiam Cath. conferant ibique pro commodo populi ad finem maioris missae excipiendis confessionibus aures praebeant. Profestis vero diebus singuli alternis vicibus ad horam undecimam in ecclesia subsistant.

2. Senior paenitentiarius, qui simul cursistis Beatae praeesse solet, semel ad minimum in hebdomada cum collegiis suis cursum decantet. Qua enim fronte alios officii sui commonefaciet, cum ipse ab eodem deficiat et ab aliis noto hoc proverbio Medice cura te ipsum merito redargui timeat.

3. Domus, ut in optimo quoque statu sustineantur, iisdem paenitentiariis serio commendamus. Propositam nobis controversiam de residentia ad ecclesiam s. Barbarae sita, quam olim a Barbara Zywinska, haeredissa eiusdem domus, pro mansione trium personarum, secretarii scilicet, sacellani et paenitentiarii pie legatam fuisse ex documentis accepimus, successu vero temporis a solo paenitentiario adscitam et Visitatione Hosii (subreptitie forsitan) comprobatam invenimus, praescindendo longiores litigationes, nunc plane sopitam esse volumus et domum hanc pro residentia paenitentiarii designamus, hoc quam maxime praecavendo, ne domus haec a non residente paenitentiario pro exercendis cauponationibus conducatur.

4. Cassa convertendorum curae et dispositioni paenitentiariorum commissa, ne abhinc absque dispositione Rndmi vicarii generalis expendatur, statuimus et ad reddendum singulis annis calculum in crastino festi Conversionis s. Pauli eosdem paenitentiarios obstringimus. Ne etiam summas pecuniarias sublevare illasve proprio motu locare absque explicito consensu et determinatione bonorum per R. vicarium gener. obtenta praesumant, summopere praecavemus. Hoc enim modo plures summae periculo amissionis exponerentur, quod accidit summae mutuatae olim Mfco Dno Kezewski.

R. R. Vicarii.

1. Cum invigilandi officiis vicariorum partium sit decani Cath., eundem summopere obligamus, ut quemadmodum se in

ceteris strenuum muneris sui executorem praestat, ita ad eundem in cultu divino fervorem vicarios compellat. Absit, ut vicarii se ab officio divino integre singulis diebus in choro decantando, videlicet matutino cum laudibus, horis consuetis quattuor, tum vesperis et completorio subducant aliisque officiis per substitutas personas sine gravi causa per dictum decanum probanda perfungantur. R. vicedecanus, cum sit oculus decani, peculiariter choro eiusque ordini intendat, absentes commoneat ac renitentes praefato decano fideliter deferat. Qua in re, ut se integriorem custodem exhibeat, ipse continuo et quotidie choro adesse et non minus verbo quam exemplo alios excitare satagat. Quia ergo obligatio chori• semper est eadem et pro varietate ritus festorum non augetur neque minuitur, sed de die in diem eadem perseverat, non obstantibus quibusvis decretis Capitularibus, ordinationibus, statutis et privatis quibuscumque constitutionibus eiusdem collegii vicariorum legem positivam infringere minime valentibus, obligantur dicti vicarii, ut omnes totum officium in horis septem consistens diebus singulis non praepropere, sed exacte, articulatim aut pausa intra quemlibet versum semper interposita, cum maxima qua decet reverentia, devotione et religione ad praescriptum s. Concilii Trident. sess. 24. cap. 12. decantent, idque sub poenis videlicet subtractionis certae portionis pro absentia a tali hora determinandae, crescente vero contumacia etiam privationis.

2. Munus procuratoris collegii minime eundem excusare potest, quominus officiis vicariorum intersit, nec potiori iure vicedecanus, quod sit praepositus ecclesiae paroch. s. Nicolai, ab iisdem excusatur. Quare uterque his primum satisfacere curet, quae ab iis primaria ecclesia exposcit.

3. Ut subortas non raro lites de praecedentia inter vicepraelatos et seniores vocatione vicarios in futurum penitus extinguamus, praesenti decreto rem hanc penitus sopitam esse volumus in hunc modum, ut, quicunque officium vicepraelaturae obtinuerit seniorve aut iunior in collegio viariorum fuerit, hic titulo obtentae vicepraelaturae praecedentiam in ordine habeat, prout nunc consuetudine receptum est, hoc nisi praecavendum ducimus, ut vicepraelati hoc latus in stallis occupent, ubi eorum Praelati consedere consueverunt, nempe vicedecanus et vicecustos a cornu Evangelii, praecentor vero a cornu Epistolae locum habeant.

4. De testamentis vicariorum haec statuimus: Si vicarius nullum aliud praeter vicariatum beneficium habuerit, testamentum eius a decano approbationem habeat, si vero aliis etiam beneficiis donatus e vita discesserit, testationem huius beneficiati vicarii non prius valituram declaramus, donec a Rev. Officio comprobata fuerit.

5. Vicarius equitum Melitensium, cum aliunde provisus sit, ad participationem ex reditibus vicariorum Cathedr. minime pertinebit nec residentiam ullam eorundem, cum extra collegium sit, salvo duntaxat moderno possessore possidebit. Interim vi fundationis suae ad decantandum matutinum aliasque horas, tam ad subordinationem decano quemadmodum alii vicarii est obligatus.

6. Inter alias obligationes vicariorum hanc etiam invenimus, ut certum numerum anniversariorum singulis annis decantent. Officium hoc successu temporis a vicariis neglectum praesenti decreto restauramus ac eosdem ad absolvenda anniversaria iuxta tabellam reductionis infra ponendam obligamus.

7. Procurator collegii in quovis Capitulo gener. primam prae omnibus materiam tractandam assumat de numero absolvendarum vi fundationis missarum, iisque in consessu omnium aequaliter dispartitis singulis vicariis certum numerum sacrificiorum et pro quibus celebranda sint praecise assignet. Non raro enim accidere solet, ut collegio vicariorum nuper adsciti presbyteri vel obligationum suarum ignari reddantur vel numero missarum contra aequitatem a procuratore collegii graventur.

8. Cum quisque ipsa iustitia res sibi ad temporalem usum concreditas pro virili tueri et conservare teneatur, propterea omnes vicarios monemus, ut residentias toti collegio communes quantum poterunt subiuvent et resarciant, in his statui suo convenientem honestatem et decorum conservent, mulieres maturae aetatis foveant et ab omnibus, quae vel minimam suspitionem mali parere videantur, diligentissime abhorreant. Excitatam olim controversiam de residentia per R. Taszarski et decreto p. m. decani iam dudum compositam, nostra quoque auctoritate sopitam in semper esse volumus praefatamque residentiam collegio vicariorum adiudicamus, cum et pretio 1000 fl. empta sit et in fundo Capituli extructa, salvo interim moderno possessore R. Cudniewicz, qui collatam hanc sibi residentiam a praeposito Cathedrali non exiguo sumptu restauravit.

Factis his praemonitionibus collegium vicariorum primarie respicientibus obveniunt nobis quaedam dicenda de collegio

Psalteristarum.

1. Cum collegium hoc habeat unicam domum pro residentia communi sibi designatam, et nulla fundatione provisum sit, ut tam vastae residentiae reparationem sustineat, permissa huic collegio fuerat a p. m. praedecessore nostro Joanne Lubranski eppo prout fundatore multisque postea decretis Capituli comprobata facultas exercendae per conductorem propinationis, ex cuius reditibus sarta tecta et tota reparatio praefatae domus nervum suum hucusque habebat. Propositae nobis hac de re postulationi annuentes, cum nihil incommodi inde habituri sint psalteristae, utpote in superiori contignatione habitantes, propinationem hanc praesenti decreto confirmamus praecavendo omnem hac in re honestatem et omnem inde reditum pro reparatione domus assignando.

2. Idem collegium habere solet protectorem ex personis Capitularibus a Capitulo designatum et seniorem e gremio suo electum, quibus ut debitam reverentiam ac oboedientiam exhibeant, eosdem psalteristas commonefacimus ac praesenti seniori eorum R. Polenski omnibusque postea hoc munere functuris commendamus, ut huiusmodi subordinationes impatientes R. protectori deferant.

3. Cum et officii divini dignitas et plurima hac de re ecclesiae sancita convenientem statui clericali habitum in domo praecipue Domini gestandum praescribant, propterea summopere psalteristas admonemus, ut induti superpelliceis psalterium decantent ac cum omni qua par est devotione ministerio suo fungantur. Constitutionem etiam p. m. laudabilissimi praedecessoris nostri Andreae Opalinski a. 1616 de feminis per seniorem collegii istius de domo psalteristarum arcendis nulloque praetextu suffragante retinendis innovamus. Denique ius eorundem psalteristarum, quod eis occurrente vacatione alicuius domicilii via optionis competit, ratum habemus et in posterum manutenendum decernimus.

Restant adhuc duo collegia Mansionaristarum scilicet et Roratistarum, quos cum satis diligentes in officiis suis inveniamus, nihil est, quod praecipue illis commendatum esse velimus, praeter ut inferius ponendam reductionem in sacrificiis sequantur.

Reductio obligationum spiritualium in ecclesia Cath. Posn.

Cum obligationes clero minori praeteritis saeculis praescriptas reditibus temporum illorum satis proportionatas diligenter perpenderimus, modernis vero temporibus mutata rerum facie ipsisque Regni nostri constitutionibus censum multo minorem a summis pecuniariis decerpentibus reditus hos multum imminutos nec congruae presbyterorum sustentationi respondentes videamus, propterea non solum vi iuris naturalis onus proportionatum stipendio statuentis, sed etiam vigore iuris positivi et ordinarii ac demum potestate a s. Sede Apostolica nobis concessa praesentem obligationum reductionem, specificatis uniuscuiusque collegii et antiquitus instituti obligationibus, et qua ratione ad praesens persolvendae sint, instituendam fidelique executioni mandandam decrevimus.

Hoc fine ad examinandas uniuscuiusque collegii obligationes aggredientibus primum se nobis obiicit collegium paenitentiariorum, sed quoniam p. m. laudabilissimus praedecessor noster Theodorus princeps Czartoryski eppus praefati collegii obligationes summa cum aequitate reduxerat, unicum nobis restat, ut diligentissimam reductionis huius executionem eidem collegio paenitentiariorum quam· plurimum commendemus.

Sequitur secundum in ordine collegium vicariorum e senis personis delectum, cuius fundationem quadruplicis generis invenimus. Primam scil. pro communi mensa divinoque officio in choro decantando, matutino nempe, horis et vesperis, secundam pro officiantibus, tertiam, quae obligationem impingit suffragiorum extra missas, nempe decantandi singulis fer. VI. responsorii: Tenebrae factae ac rhythmi polonici, qui incipit: Zawitaj ukrzyżowany ac demum pro memento Zalaszoviano, quartam denique, quae est pro missis anniversariis et votivis.

Trium supra dictarum fuudationum obligationes, cum minime onerosae sint, suo in statu relinquimus, postremam vero fundationem de missis et anniversariis hoc modo quoad obligationes reductam esse volumus:

	summa originalis fl.	census fl.	obligatio originalis	reductio
1. Ex fundatione Lucae Zgierski pro votiwa de Conceptione BMV. ab omnibus vicariis decantanda	100	3,15	vot. 1	Remanet

	summa originalis fl.	census fl.	obligatio originalis	reductio
2. Ex fundatione p. m. Konarski eppi pro votiva de ss. Trinitate cantanda ab omnibus	5400	189	24	„
3. Ex fundatione Adalberti Skopowicz pro votiva de s. Adalberto	100	3,15	1	vot. rem.
4. Ex fundatione Martini Pęski pro votiva de s. Martino	200	7	1	„
5. Ex fundatione Urielis Gorka pro anniversario et missis			annivers. 1 cum missa	„
6. Ex fundatione Mathiae Lubienski pro anniversariis	300	10	ann. 1 cum missa	
7. Ex fundatione Nicolai Jarzecki pro anniversariis	400	14	ann. 12	ann. 1 cum 1 missa
Pro missis lectis:				
1. Ex fundatione Praemislai duris pro vendito praedio in villa Gorczyn	5000	175	missae 365	missae 88
2. Ex fundatione Petri Tarło eppi	2000	70	52	35
3. Ex fundatione Francisci Libowicz	5500	192	192	96
4. Ex fundatione Stanislai Rudnicki	2000	70	100	35
5. Ex fundatione Stanislai Kaczkowski	3600	126	115	63
6. Ex fundatione Jacobi Rychlicki	200	7	14	4
7. Ex fundatione Barbarae Zywinska	300	10,15	15	5

Praeter has missas singulis hebdomadis dicit ex turno tres missas conventuales, scilicet per annum missas 156

Numerus omnium missarum a vicariis absolvendarum 482

Collegium psalteristarum compositum ex 6 presbyteris tertium ordine, quod ex primaeva sua erectione tenetur quotidie ad cantandum psalterium et celebrandas missas votivas. cantatas de s. Cruce 52, scil. singulis feriis IV. missam votivam primam; huic obligationi hucusque satisfacit. Idem collegium ex fundatione Francisci Wolinski obligatur ad votivas

cantatas singulis feriis VI. 52. Atque hae praedictae votivae' cum ad ecclae Cath. ordinem spectent aeque ac psalterium, reduci mutarique non possunt.

Pro psalterio et missis votivis cantandis singulis feriis IV. has fundationes invenimus:

1. Ex molendinis Koscianensibus ex fundatione Lubranski eppi census fl. 140
2. In molendinis Pyzdren. ex fundatione eiusdem eppi 100
3. Ex bonis Radlin ex fundatione eiusdem . . 35
4. Ex fundatione Zalaszowski super synagoga Posn. summam reductam 6809 fl. 238,10
5. Ex fundo quodam in Piotrowice . . . 24

Obligationes harum fundationum in suo statu relinquimus, scil. psalterium cantandum quotidie per 3 horas missasque de s. Cruce 52 cantandas fer. IV. ab omnibus psalteristis.

Remanent adhuc votivae 52 cantandae singulis feriis VI., pro quibus ex fundatione Francisci Wolinski locata est summa 2000 fl. cum censu 70 fl.

Sed cum pro una votiva cantata stipendium trium florenorum statuimus, propterea aliam adhuc fundationem collegio psalt. adiungendam duximus, ut numero votivarum 52 designatum stipendium respondeat. Quapropter ministerium unum incorporatum antiquitus ab Opalinski eppo, ut pro studiosis academicis missae legerentur, quae obligatio, quoniam cessantibus studiosis adimpleri nequit, ideo ministerium hoc pro votivis de s. Cruce cantandis singulis feriis sextis adiungimus, cuius fundatio est sequens:

1. Apud synagogam Szamotul. fl. 570.
2. In bonis Wycislawo marcae 37, fl. 59,6, census 36 fl.
3. Apud synagogam Posn. fl. 100.
4. In bonis Domosławsko summa 50 sexagenarum in Consist. Posn. a. 1533 inscripta 100 fl.
5. Super lapidea Petri Zołądkiewicz fl. 200.
6. Ex fundatione Michaelis Zakrzewski can. solvitur psalteristis ex massa Capituli a summa locata in Wschowa annuus census fl. 89,19.

Ex hoc triplici genere fundationum absolventur in annum votivae de s. Cruce 52 per applicationem nempe 1) pro anima Fr. Wolinski vot. 20, 2) pro fundationibus ministerii vot. 10, 3) pro anima Michaelis Zakrzewski vot. 22, pro quibus stipen-

dium distribuetur inter celebrantes ex turno fl. 150, residui 39 fl. cedent reliquis quinque psalteristis decantantibus in choro.

Summae et census pro missis lectis:

1. Ex fundatione Andreae Stodulski psalt. in Turostowo summa 20 000 fl. cum censu 700 fl. et obligatione 624 missarum.
2. Ex fundatione Francisci Libowicz can. in Swięcichowa summa 5500 fl., census 292,15 fl. cum obligatione 192 missarum. Praedictus Fr. Libowicz legando hanc summam pro missis per vicarios et psalteristas habendis determinavit stipendium unius fl. pro quavis missa, ut, si aliquando census diminueretur, numerus quoque missarum stipendio diminuto responderet.

Hoc duplex genus missarum reducitur ad 365, ut singulis diebus hora 6 mane celebrentur, quemadmodum hucusque more receptum fuit. Ex fundatione vero Libowicz absolventur missae 96.

3. Ex fundatione Barbarae Jezierska summa super bonis Woronczyno 300 marc., quae ad praesens constituit summam fl. 480, census 16,24, obligatio orig. anniv. 4, missae 4, reducta: an. 1, m. 2.
4. Ex nonnullis legatis summa sub protectione Capituli super bonis Piotrowice 600 fl., census 21, reduct. anniv. 2 cum 2 miss. lect. pro animabus Mart. Joa. Adami, Mathaei, Adalb. sacerd.
5. Ex fundatione Adami molitoris super bonis Woronczyno pro votiva de Assumptione BMV. summa fl. 200, census 7, obl. 1 cant. votiva.
6. Ex incerta fundatione summa 100 marc. et 100 fl. super synag. Posn., quae simul iunctae efficiunt fl. 260 cum censu 9 fl., reductio: anniv. 1 sine missa.
7. Ex fundatione Constantiae virginis summa super bonis Poniec 400 fl. census 14, anniv. 1 cum missa.
8. Ex legatione Stan. Remiszewski psalt. super synag. Szamot. summa 500 fl. cum censu 17,15 fl., anniv. 1.
9. Ex legato Jacobi psalt. super lapidea Joa. Werner, stannifusoris Posn., summa 100 fl., census 3,15, tum summa super lapidea Nob. Joa. Zołądkiewicz in circulo fori Posn. fl. 186,20 cum censu 6,15 fl. et ex villa Tanieborz praestimoniali census annuus 2,15 fl., obligatio orig. 3 anniv., ad praesens anniv. 1 pro animabus eorum.

10. Super lapidea Georgii Wernetti (?) summa 54,12 fl. cum censu 1,26 et super domo Konecki in platea Wratislav. summa 50 fl. cum censu 1,22½ fl. pro 2 anniv., nunc tres missae lectae.

Reliquae summae minores applicatae sunt mensae communi.

Collegium mansionariorum cursus Beatae fundatum pro 6 presbyteris et septimo supernumerario, qui seorsivas habet obligationes et proventus. Collegium hoc vi suae fundationis obligatur ad cantandum cursum Beatae mane et post meridiem, una hebdomada per triduum, altera vero per quatriduum, nempe fer. V. cursus Beatae cum cursu Passionis alternis vicibus cantantur. Hoc modo mansionariis cursus Beatae obveniunt in annum cantandi 182, finito cursu cantatur votiva in annum.

Pro his duplicis generis obligationibus collegium habet proventus:

1. Ex fundatione Nowodworski eppi summa in Piotrowice 10 000 fl. cum censu 350 fl. pro cursu per dies 182.

2. Ex fundatione Szołdrski eppi summa sub protectione Capituli locata in bonis Krzekotowice 5000 fl. cum censu 175 fl. pro missis 182.

Huic duplici fundationi summam 2100 fl. cum censu 73,15 fl. a Franc. Kaznowski suffr. legatam pro 104 missis lectis et super synagoga Posn. locatam adiungimus, ut pro anima fundatoris huius loco missarum lectarum votivae suo ordine cantandae applicentur.

Ex his omnibus fundationibus cantabitur more pristino cursus Beatae et votivae 182 hoc ordine: 1) pro anima Nowodworski vot. 100, 2) pro anima Szołdrski vot. 50 et 3) pro Franc. Kaznowski vot. 32.

Praeter hos sex mansionarios est septimus supernumerarius obligatus ad cantandum cursum bis in hebdomada et ad habendam missam lectam singulis hebdomadis ex fundatione Joa. Baykowski suffr. summae in bonis Przetoczna locatae sub protectione Capituli 2000 fl. cum censu 70 fl. Reductio: Cursus remanet, missam vero unam in mense absolvet.

Mansionarii cursus Passionis. Collegium hoc eodem numero presbyterorum constans ac collegium mansionariorum cursus Beatae aequales cum illo obligationes habet, cantandi scilicet alternatim cursum Passionis ac totidem numero

missarum sacrificia absolvendi, pro quibus obligationibus hos reditus habet:

1. Ex fundatione Tholibowski eppi summam locatam in bonis Nekla 12 000 fl. cum censu 420 fl. et obligatione originali cantandi cursum diebus 182 et totidem missas.

2. Ex fundatione Nicolai Zalaszowski archid. summam inscriptam in Krzycko 3000 fl. cum censu 105 fl. cum obligatione orig. pro peccatoribus miss. 104.

3. Summam alteram ex fundatione eiusdem in Wschowa locatam sub protectione Capit. 4000 fl. cum censu 140 fl. cum obligatione cantandi litanias et missas 104.

4. Ex fundatione Franc. Kaznowski suffr. locatam in bonis Kociugi summam 1000 fl. cum censu 35 fl.

Reductio: Cursus more suo cantabitur, missas vero per applicationem hoc modo: 1) pro anima Tholibowski vot. 60, 2) pro peccatoribus vot. 52. 3) pro anima Zalaszowski missas 52 et 4) pro anima Kaznowski missas 17 absolvet.

Collegium Roratistarum pro sex presbyteris antiquitus fundatum et ad praesens ex totidem personis compositum. Obligatio horum est, singulis diebus per annum cantandi votivam de Beata finito matutino in choro, quam quidem unus ex iis celebrat quinque reliquis in choro decantandibus, exceptis diebus adventus, quibus a Canonicis Rorate haberi solent. Fundationem huius collegii sequentem invenimus:

1. Ex fundatione Swiętoslai Strzałkowski archid. summam locatam in Sławno et Sokołowo 10 000 fl. cum censu 350 fl.

2. Ex fundatione Reguli summam locatam super lapidea Szwertmanosciana 1000 fl. cum censu 35 fl.

3. Ex fundatione eiusdem summam alteram in Czerniewice 1000 fl. cum censu 35 fl.

4. Ex fundatione eiusdem summam in Bieganowo fl. 500 cum censu 17,15 fl.

5. Ex fundatione eiusdem summam in Bieganowo fl. 300 cum censu 10,15 fl.

6. Ex fundatione Catharinae Ferarowa summam locatam in bonis Swiniary Neuhaus 8000 fl. cum censu 175 fl.

Reductio: Cantus more suo absolvetur, missae vero per applicationem hoc ordine: 1) pro anima Swiętoslai vot. 152, 2) pro anima Reguli vot. 49, 3) pro anima Catharinae 70, 4) pro marito eius et consanguineis 70. Numerando stipendium unius

votivae fl. 2 efficit fl. 680. Residui fl. 48 cantantibus in choro obvenient.

Reductio obligationum quoad ministeria.

Reductis obligationibus collegiorum eodem modo ad examinanda ministeria in capellis ecclae Cath. fundata aggredimur, ut quidquid in obligationibus eorum onerosum fuerit, hoc pro ratione praesentium redituum reducamus.

Ac primo quidem invenimus ministerium in

Capella s. Ovidii

incorporatum secretario Capituli pro tempore existenti. Pro fundatione huius ministerii locata est summa tn bonis Turwia 5000 fl. cum censu 175 fl. Obligatio orig. missae lectae 104, missaeque applicandae pro libitu 4. Reductio: Quoniam 20 fl. redduntur Capitulo pro protectione, reditus huius ministerii constituit summam fl. 155, pro quibus absolventur missae 78.

Idem secretarius Capituli habet aliud ministerium Niegolevianum in capella s. Crucis cum reditu annuo 35 fl. a summa fl. 1000 cum oblig. orig. 57 miss., ad praesens reduct. ad 17. Sed cum praedictum ministerium Niegolevianum nondum decreto nostro incorporatum fuerit secretario Capituli, propterea nos postulationibus secretarii annuentes nostrorumque praedecessorum similis incorporationis exempla in decretis Tholibowii et Opalinscii secuti praefatum ministerium Niegolevianum officio secretarii Capituli in perpetuum adiungimus, ut quicunque hoc munere in posterum fungetur, eo ipso absque praevia institutione possessionem praedicti ministerii adeat et obtineat.

In capella s. Adalberti nunc dicta BMV. Częstochovten. tria habentur ministeria:

1. Ex fundatione Adalberti Dobrzelewski incorporatum sacristiano Cath. pro tempore existenti habens reditum a summa locata in Wschowa 2000 fl. cens. 70 fl., oblig. 104 missae, nunc 35 missae.

2. Ex fundatione Adalberti Cielecki can. a summa 3000 fl., cens. 105 fl., oblig. 108, nunc 57 missae.

3. Ex fundatione Petri Kossowski schol., a quo ministerium habet legatam summam 5000 fl. apud synag. Posn., nunc vero reductam ad 4337 fl. cens. 153 fl., oblig. 155, nunc 77 missae.

In capella s. Crucis sunt quattuor ministeria:

1. Ex fundatione familiae Gorkow a duobus presbyteris, secretario scilicet Capit. et paenitentiario ex decreto Capit. possi-

deri solitum, quibus annuatim ex massa Capit. solvuntur 150 fl. pro missis 104, nunc 75 missis.

2. Fundationis familiae Niegolewsciorum, de quo dictum est supra.

3. fundationis Petri Kossowski schol. in collatione Capituli, quod decreto suo ministerium hoc incorporavit sacristiano cum onere habendi missam singulis Dominicis post concionem. Reditus huius ministerii a summa locata apud synag. Posn. 2533,10 fl. cum censu 88,20 fl. et obligatione 104 missarum. Vi huius fundationis celebrabit missas post concionem in anno 45, septem vero ad propriam intentionem.

4. Ministerium ad parvum altare BMV. parieti affixum ex fundatione Stan. Krasinski cust. habens pro reditu locatam summam in Wschowa 1000 fl. cum censu 35 fl. Obligatio orig. 52 miss., ad praesens 18 miss.

In capella s. Nepomuceni sunt duo ministeria:

1. Ex fundatione Simonis Wosinski can. in collatione Capit. decreto eius a. 1761 applicatum sacristiano, ut diebus festis post concionem habeat missam pro commodo populi. Reditus huius ministerii est a summa locata apud synag. Leszn. 2000 fl. cum censu 70 fl. Obligatio orig. miss. 70, ad praesens singulis diebus festis post concionem dicet missam unam = 35.

2. Ex fundatione Caroli Poninski suffrag., a qua habuit summam 1000 fl. apud synag. Posn. locatam, nunc vero reducta est ad 680,20 fl. cum censu 23,24 fl., oblig. orig. 70 missae, ad praesens 12.

Capella Szołdrsciana habet quattuor ministeria:

1. Fundationis familiae Rydzynsciorum, quae successu temporis extincta ac postea iterum erecta, habet summam locatam in Parkowo 1000 fl., cens. 35 fl., oblig. orig. 40, nunc 18 miss.

2. Fundationis Lucae Zgierski habens summam locatam in Budziszewo 1000 fl. cum censu 35 fl., item summam in iisdem bonis 500 fl. cum censu 17,15 fl., tertiam quoque summam locatam in Budziszewo fundationis Zgierscii et Rydzynscii cum censu 48,15 fl. Obligationes originales non sunt expressae, absolvent missas 25.

3. Fundationis Sigismundi Cielecki praepos. habens summam locatam in Sędzino et Sędzinek 3000 fl. cum censu 105 fl. Obl. orig. 104, ad praesens 53 miss.

4. Accessit novum ministerium a certo fundatore a summa sub protectione Capituli existente 4000 fl. cum censu 140 fl. et oblig. 104 miss. In statu suo hanc obligationem relinquimus.

Praeter has capellanias est collegium Angelistarum fundatum a p. m. Szołdrski eppo pro 7 presbyteris, e quibus sex habent stipendii annui centenos fl., senior autem 120, organarius 200. Obligatio eorum est cantandi quotidie missam de ss. Angelis cantu Gregoriano. Obligatio haec in statu pristino remanet.

Capella ss. Trinitatis habet unicum ministerium fundationis Hieronimi Wierzbowski suffr. summamque ab eo locatam apud synag. Posn. 1000 fl. cum censu 35 fl., oblig. orig. 52 miss., nunc absolventur 18.

In capella Regia capellanus s. Apolloniae his fundationibus provisus est:

1. Ex legato Mich. Zakrzewski can. summam in bonis Civitatis Posn. 1000 fl. cens. 35 fl., obl. miss. 12.

2. Ex antiqua fundatione Martini Poniecki summam 100 aureorum, quorum valor, si praesentis monetae cursu aestimaretur, efficeret 1800 fl. cum cens. 63 fl., obl. orig. miss. 52, nunc 31.

3. Summae incertae fundationis in Tulce 100 marcarum latorum grossorum numerando marcam a fl. 16 iuxta aestimationem decretorum Tribunalium 1600 fl. cum censu 56, absolventur missae 28.

4. Ex fundatione Rembiszewski summa in Kociugi 1000 fl. cens. 35, missae antea 52, nunc 18.

5. Summa in Malechowo marcarum 79 =	fl. 126		obligationes incertae.
„ „ Charzew „ 36	„ 57,9		
„ „ Sroczyno „ 50	„ 76,18		
„ „ Chwalkowice	100		

Altare Purificationis BMV. affixum quondam fuit columnae Ecclae ex opposito capellae Szołdrscianae, ministerium eius applicatum vicecustodi habet pro fundatione:

1. summam a Joa. Węgrowski secretario legatam apud synag. Posn. 1000 fl., cens. 35 cum oblig. miss. 24 et 1 votivae cum instrumentis, nunc miss. 18.

2. ex legato Barbarae Żywinska in eadem synagoga fl. 500 cum censu 17,15 fl., nunc absolventur 9 missae.

Altare Annuntiationis et s. Annae fundationis et collationis domus Czarnkowskich. Altare hoc positum olim fuit in columna ecclesiae ante capellam, ubi nunc habetur altare

s. Joannis Cantii. Ministerium eius tenet Rev. Taczynski, pro fundatione habet:

1. summam 120 aureorum locatam in Błocko et Lacko, nunc fl. 2160 cum censu 75 fl. Obligatio originalis incerta, ad praesens absolvet missas 37 pro fundat.

2. In Pigłowice . . .	marcas 100	—	160 fl.
In Woronowo et Konary . .	50	—	80 „
In Ułanowo	50	—	30 fl.
Super lapidea Neumanorum . .	100		160 „
Super domo Pniewsciorum in oppido Srodka			30 „

Altare ss. Trium Regum. Locus huius altaris erat in columna ecclae ante capellam s. Jacobi. Primaeva fundatio huius ministerii successu temporis periit, remansit summa a Rev. Stan. Rudnicki paenit. locata apud synag. Posn. 1000 fl. cum censu 35 fi. et oblig. 52 m., nunc missae 18 absolventur. Ministerium hoc applicatum est vicecustodi.

Maiorem itaque in modum obstringimus conscientias omnium suprascriptorum beneficiatorum in Eccla nostra Cath. Posn., ut non solum ex vi primitivarum obligationnm suarum, sed attenta etiam praesenti reductione anniversariorum et missarum ritius abhinc et religiosius iis satisfacere connitantur.

In praemissorum vero omnium maiorem fidem et robur hisce manum et sigillum nostrum apponimus. Dabamus Posnaniae in Ecclesia nostra Cathedrali die 18. mensis Septembris 1784.

(sig.) Antonius Episcopus.